

Vallumbrosani Monasterii S. Praxedis Romae



I

BELLEROPHON METAPHYSICUS.



BELLEROPHON METAPHYSICVS, SIVE CONTRA ENTIA RATIONIS OPVSCVLVM,

In quo plura Philosophica, pluraque Theologica clarè, ac breuiter, non sine aliqua nouitate, incidenter exarantur.

AVTHORE
D. BERNARDO DE ROJAS
Abbate Cœlestino.







Lycij, 1690. Ex Officina Hæredum Petri Michaelis, Superiorum facult.

EMINENTISSIMO, AC
REVERENDISSIMO PRINCIPI

CAROLO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI TOTIVS Cœlestinæ Congregationis Protectori Vigilantissimo,

D. BERNARDVS DE ROJAS Abbas Cœlestinus S. P.

NON diù hæsitauit animus, cuinàm scholasticæ meæ exercitationis primitias cōsecrarem EMINENTISSIME PRINCEPS: Immania etenim falsita-

falsitatis portenta, Chimæras videlicet, Hircoceruos, ac cætera Pseudoentia rationis, de pessima ingeniorum occupatione accusata, meoque iudicio, perpetuæ obliuioni damnanda, antè Solium Eminentiæ Tuæ sistere, statim ratio suasit, necessitas compulit, gratitudo obligauit. Tibi sanè, qui non minùs animi innocentia candidus, quàm dignitate purpureus, siuè in Regnorum, ac Rerumpub. protectione, siuè in Religionum, Prouinciarumque Dominatu, à perniciosis figmentis execrandisque mendacijs, proprij muneris, proprijque genij hæreditaria rectitudine abhorruisti, meritò debetur Opusculum hoc, quo speculantium insomnia, ac philosophantium nugamenta, deposita entitatis persona, in propria nullitate agnoscenda, imò veriùs perpetuò ignoranda, exhibentur. Neque insuper hæc ingenioli mei pusilla proles, dùm insolitos, imperuiosque calles incedit,

tot

tot inter Monſtra rationis, quin potius irrationabiles belluas, quas ingeniorum Africa tamdiù monſtruoſa protulit, valeret illacerata perſiſtere, niſi Tui fauſtiſſimi nominis fulcita pręſidio Barberinorum Apum circumuallaretur aculeis. Quod verò poſt tot, tantaque accepta beneficia munuſculum hoc perenni benignitati Tuæ referat meæ gratitudinis monumentum, dicere erubuiſſem, niſi & totus ipſe qui ſum, & cætera quæ mea eſſe videntur, ſiuè ad ſtudia applicatio, ſiuè ad cathedras graduatio, ſiuè ad dignitates promotio, ex quo Tua munera ſunt, Tui digna eſſe agnouiſſem. Hoc inquam magni continet in exiguo volumine Opuſculum iſtud, quod Tuum eſt, veluti paruus riuulus ab immenſo beneficientiæ Tuæ pelago originariè procedens. Illud ergo ad Te iurè recurrens, in addictiſſimæ, ac perpetuæ deditionis meæ teſtimonium, humanitate, qua fulges, benignus

excipe; dùm ego ad purpuratam tui nominis faustitatem, atque ad nostræ Cœlestinæ Religionis tutamentum, parem tuis virtutibus summam Eminentiæ Tuæ deprecor celsitudinem.



ANGELVS MANIERI CVRIOSO LECTORI S. P.



EA est nonnullorum Philosophorum conditio, & eousque illorum ingenia peruertuntur, vt credant se veluti sapientiæ hæredes, in scientiarum subtilitatibus acutiùs, quam Epidaurium Serpentem cernere: rerumque omnium Vniuersitatem comprehendere, etiam impossibilium, nimirum Entia vocata rationis, Chimæras, Hirco-ceruos. Pròh res Orco dignissimas, somnia plusquam Pythagorica, detestanda mendacia. Hæc omnia ab hominum mentibus reuellere, & omnino obliterare nititur hoc Opusculo Doctissimus Auctor: minimegentium scribendi impulsus

sus

ſus Epidemico huius æui cacoëthe , ſed ſuo dumtaxat indulgens genio . Verùm enim, cum viderint eius amici opus omnibus numeris abſolutum , & Doctiſſimorum Virorum calculis approbatum , enixè efflagitarunt , ne ſinat , auream opellam in ſuo pluteo contabeſcere , ſed pro Reipublicæ litterariæ vtilitate , publici iuris facere : etenim noſtra demum , aliorumque amicorum contentioſa , ac importuna efflagitatione victus , libertatem ipſe fecit euulgandi , voluitque me ex hac re ſollicitum fore ; neque id opus inuitus aſſumpſi , ſed lubenti animo me præſtiturum exhibui . Interea de Opuſculi Inſcriptione cogitans : perpendens quot , quantaſque implexas difficultates expediat , dubia reſoluat , tandem penitus deuictas Chimæras cum viderim ; ſi ludens aliàs de Auctore dixi , certè tu Bellerophon ; ſeriò nunc , aptam libro indere inſcriptionem, Bellerophon Metaphyſicus , *iudicaui .*

Sed ne putes , Candide Lector , quod ſolum contra entia rationis hoc Opuſculo

diſſerat

disserat Auctor: penitiora etiam in eo Physiologiæ, & Theologiæ mysteria reserat, & summa dexteritate laconismo studet, ne tibi fastidio foret dicendi prolixitas. Hoc vnum tamen admireris precor, perinde rem, veritatem adaperiendo, egisse, vt ea, quæ exhibet, ità sint extra dubitandi aleam, quod non licet amplius, ni fallor, in controuersiam reuocare, nec de eis quidquam quærere. Scio alios multò ante hanc argumentationem pertractando aliquid præstitisse, sed minus exactè. Nusquam vides aliquid ex alieno corio demere; quæ legis de suo contulit, nec se seruiliter mancipauit cuiquam; adeoque sui iuris factus, ea vtitur, qua decet, in hoc seculo philosophandi libertate: hinc si multa, imò ferè omnia inaudita tibi occurrant; ne verearis dicere: certè nouitas omnino laudem meretur. *Neque tibi displiceat si in barbaras voces, & agrestes sæpè obuias incidas, nam*

Ornari res ipsa negat, cõtenta doceri.

Sed

Sed quid te amplius detineo? Aperi, perlege librum, & expecta quamcitius aliud eiusdem Clarissimi Auctoris Opusculum de Formarum generatione. Interim Vale.



ELENCHVS

EORVM, DE QVIBVS IN PRÆsenti Opusculo aliquid incidenter ostenditur, vel declaratur.

De caussalitate caussæ efficientis, siue de actione.
De Negationibus, & Priuationibus.
De Intellectu, cognitione, & imaginatione.
De Verbo mentis.
De Specie impressa.
De Voluntate creata, & increata.
De Relationibus.
De Denominationibus.
De Vbi, seu vbicatione.
De Natura Vniuersali secundum Platonicos, Nominales, Thomistas, & Scotistas.
De Coloribus, ac de alijs quibusdam, quorum loca, in Indice, quem in calce huius voluminis apposuimus, statim reperies.



D. IOANNES BAPTISTA

RICCARDI ABBAS S. SPIRITVS de Murrone, ac Præsidens Generalis totius Congregationis Cœlestinæ Ordinis S. Benedicti.

CVM Librum, cui titulus, *Bellerophon Metaphysicus*, à D. Bernardo de Rojas Abbate nostro conscriptum, duo eiusdem nostræ Congregationis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus vt typis mãdetur, si ita ad quos spectat videbitur. Datum Luceriæ in nostro Venerabili Monasterio S. Bartholomæi, die 2. mensis Maij 1690.

D. Ioannes Baptista Riccardi Abbas Generalis Cœlestinorum.

D. Iulius Santionius Secret.



RE-

REVERENDISSIME DOMINE.

Liber, cuius titulus est, *Bellerophon Metaphysicus*, conscriptus à Reuerendissimo Abbate D. Bernardo de Rojas Cœlestino, nihil habet, quod aut Orthodoxæ fidei, aut bonis moribus obsit, imò eo pollet doctrinæ ingenijque nitore, vt candida sanæ fidei bonorumque morum dogmata præseferat: dignissimum itaque censeo, qui typis, & immortalitati mandetur, si ea fuerit Reuerendissimæ Dominationis Vestræ sententia. Lycij 11. Aug. 1690.

Reuerend. Dom. Vest.

Omni obsequio addictiss. Seruus
Franciscus Faua Societatis Iesu.

Attenta suprascripta attestatione Imprimatur, in fidem, &c. Dat. Lycij 11. Aug. 1690.
I. A. A. Melis Vic. Gen.

BELLEROPHON *METAPHYSICVS*, SIVE CONTRA ENTIA RATIONIS OPVSCVLVM,

PRIOR PARS

De Ente Rationis in generali.

IN duas partes, seù quæstiones præsentem disputationem diuidimus. In prima de ente rationis in communi, siuè in generali; in secunda de ente rationis in particulari, & de singulis entibus rationis agemus; vt nimirum inter plurimas, variasque difficultates vitetur confusio, atque tota entis rationis confutatio distinctione fiat clarior.

ARTICVLVS I.

Summa totius doctrinę, quę communiter traditur de Ente rationis.

1 ENS rationis in tota sua latitudine dicitur id quod ad ratio-

nem,ſeu ad intellectum pertinet. Tripliciter autem poteſt aliquid ad intellectum pertinere. Primo effectiuè,vt ſunt operationes, ſeu intellectiones, quæ ab intellectu efficiuntur. Secundo ſubiectiuè, vt ſunt ipſęmet operationes immanentes, ſpecies intelligibiles,& habitus intellectuales,quæ in ipſo intellectu ſubiectantur. Tertio obiectiuè, vt ſunt omnia entia, quatenus intellectui obijciuntur,ſeu quatenus ab intellectu ſunt cognita. Licet autem hæc omnia dici poſſint entia rationis, quatenus ad rationem aliquo ex prædictis modis pertinent; abſolutè tamen ſunt entia realia, & habent verum eſſe in ſe ipſis, atque à parte rei abſolutè exiſtunt per veram, & realem productionem, vel ſaltem emanationem independenter ab omni fictione.

2 Igitur ens rationis prout à prædictis,& à quocunque alio ente reali diſtinguitur,& de quo eſt præſens diſpu-

tatio,

tatio, sic ferè communiter definitur; *Est illud quod habet tantum esse obiectiuum in intellectu*. Vndè ad quidditatem entis rationis, in hac speciali acceptione, pertinet, nullum aliud habere esse in se, aut secundum se, siuè à parte rei, nec actualiter, neque possibiliter, sed tantummodo esse obiectiuum; Tale esse dicunt habere alium Deum imaginatum, siuè confictum, vel identitatem inter hyrcum, & Ceruum, quæ dicitur hyrcoceruus: nàm alius Deus, præter illud esse obiectiuum quod habet, seù accipit ab intellectu fingente, nullum aliud esse habet in se nec actuale, neque possibile.

3 Huiusmodi dicunt esse rationes generis, & speciei, omnesque vt vocāt, secundas intentiones, vti sunt ratio prædicati, & subiecti. Nam ratio v. g. generis non est, inquiunt, aliquid formaliter secundum se, & à patte rei, quia à parte rei non datur genus, aut species, nisi fortasse fundamentaliter

tantùm ; ideoque genera,& species sunt entia rationis, eo quia habent tantum esse obiectiuum in intellectu ea omnia fingente, seù apprehendente, tanquam formas reales, vel ad instar entis realis.

5 E contra verò lapis cognitus, imò aureus mons, vel alius mundus imaginatus, aliaque huiusmodi non sunt entia rationis; quia licet habeant esse obiectiuum in intellectu cognoscente, vel imaginante ; nihilominus habent in seipsis aliud esse proprium, siuè actuale, siuè saltem possibile, & cõsequenter non habent tantùm esse obiectiuum. Itaque secundum hanc doctrinam manifestè patet, quod ratio essendi obiectiuè in intellectu, est ratio communis enti rationis, & enti reali cognito, quia vtrumque ens intellectui obijcitur; ratio verò per quã differunt inter se cõsistit in ly, *tantum*; nàm ens rationis habet esse obiectiuè tantùm in intellectu; ens autem reale,

le, præter esse obiectiuum, habet aliud esse in se verum, siuè actuale, siuè possibile.

5 Præterea communiter etiam dicitur, quod ens rationis non est verè, & absolutè ens, sed ad modum entis, vel ad instar entis; nàm identitas v. g. quæ concipitur inter hyrcum, & Ceruum, non est vera identitas, sed ad instar identitatis, quæ est v. g. inter hominem, & animal rationale, & sic de cæteris.

6 Insuper supponunt omnes, dupliciter considerari posse ens rationis, scilicet, vel vt actu existens, vel vt possibile, siuè, vt alij dicunt, vel in statu essentiæ, vel in statu existentiæ: nàm sicut in nullo ente creato existentia identificatur cum essentia, sed antecedenter ad existentiam intelligitur essentia; sic etiam existentia entis rationis non est eadem cum ipsius essentia quæ per existentiam actuatur, & ponitur extra statum puræ possibilita-

litatis; atque hæc eſt doctrina communiſſima, precipuè apud Thomiſtas, quam refert doctiſſimus P. Lerma de ente rationis quæſt. 3. & hoc verum eſſe debet in omnium ſententia, præſcindendo à quæſtione, vtrum exiſtentia addat ſupra eſſentiam formam aliquam, vel an conſiſtat tantum in actione extrinſeca producentis; nàm quomodocumque res ſe habeat, certum eſt, eandem eſſe rationem de ente reali creato, ac de ente rationis quo ad ipſorum eſſentiam, & exiſtentiam; nàm quemadmodum nullum ens reale creatum eſt ſuum exiſtere, ideſt, nullum ens reale creatum habet exiſtere per ſuam eſſentiam; alioquin eſſentialiter, & neceſſariò exiſteret, ad eum modum quo v. g. homo eſſentialiter, & neceſſariò eſt animal rationale, & riſibile, quia eſt tale per ſuam eſſentiam; Ità ſimiliter diſcurrendum eſt de ente rationis, quod cum contingenter, & non per ſuam eſſentiam exiſtat,

ſtat, conſequens eſt, vt per aliquid à ſe diuerſum exiſtat.

7 Non tamen conueniunt inter ſe Doctores circa id in quo entis rationis exiſtentia conſiſtit. Aliqui defendunt talem exiſtentiam ſitam eſſe in ſola cognitione paſſiua ipſius entis rationis, qua ſcilicet ipſum ens rationis ad modum entis realis actualiter ab intellectu cognoſcitur, ità vt nullo modo ens rationis intelligatur exiſtens, niſi dùm actualiter cognoſcitur. Alij verò docent, ens rationis formaliter exiſtere antè actualem intellectus cognitionem, per exiſtentiam ſui fundamenti; diuidunt enim ens rationis, in ens rationis cum fundamento in re, & in ens rationis abſque fundamento in re, quod vocant chimæricum; qua poſita diſtinctione, licet vtcunque explicari poſſit exiſtentia entis rationis cum fundamento in re, quod nimirum præexiſtat ante actualem cognitionem per exiſtentiam ſui

fundamenti, nescio tamen quomodò explicari possit existentia entis rationis chimærici, & absque fundamento in re; siquidem impossibile est assignare id in quo illius existentia ante cognitionem formaliter consistat.

8. Certum etiam est apud omnes, ens rationis debere cognosci ab intellectu per aliquam speciem, quæcumque illa sit; nàm cum intellectus sit potentia indeterminata,& indifferens ad hoc potius, quam ad aliud obiectū cognoscendum, proculdubió indiget determinari per aliquid quod dicitur species, sicut terra,quæ secundum se est indifferens ad hanc potius plantā, quam ad aliam producendam, determinatur à semine. Et hinc est quod forma illa determinatiua dicitur species, quia nimirum continet in se speciem,hoc est specialitatem obiecti cognoscendi, & dicitur etiam semen obiecti,quatenus per ipsam veluti fęcundatur intellectus ad producēdam

cogni-

cognitionem, quæ cognitio meritò dici solet conceptus mentis, quasi filius conceptus a mente.

9 Verum magna contentio est inter fautores entis rationis in talibus speciebus assignandis: Controuertũt enim vsque ad tædium, an entia rationis cognoscantur per proprias species, an potius per species entis realis, quæ controuersia talis est vt Pater Arnù subtilissimus Doctor Dominicanus in Logica quæst. 2. art. 3. liberè fateatur *quod vix, aut ne vix quidem explicari possit*. Nihilominus apud Complutentes aliqui sustinent, intellectum, ex specie impressa, & ex specie expressa entis realis, elicere aliam tertiam speciem repræsentatiuam entis rationis. Alij docent ens rationis repræsentari per species proprias, non verò per species entis realis, & hos sequitur idem P. Arnù loco citato, vbi ad hoc explicandum, nimirum est quot difficillimas, vt ipse fatetur, congerit

gerit doctrinas, atque suppositiones, ibi quidem assertas, alibi fortasse probandas, iterumque explicandas. Denique aliqui asserunt entia rationis cognosci per species tùm impressas, tùm expressas entis realis absque productione tertiæ speciei.

10 Duplicem atque præcipuam assignant entis rationis diuisionem. Prima est in ens rationis ratiocinatæ, seù cum fundamento in re, & in ens rationis ratiocinantis, seù absque fundamento in re, ad cuius distinctionis explicationem plurimas tradunt doctrinas, quas breuitatis causa, tanquam nostro instituto impertinentes omittimus. Secunda diuisio est in negationem, priuationem, & relationem rationis. Negatio rationis est quædam forma negatiua conficta, seù concepta tanquam forma positiua in aliquo subiecto, quod ex natura sua non est aptum ad contrariam formam positiuam habendam, & sic dicunt se

con-

concipere negationem visionis in lapide, qui non est aptus ad formam positiuam visionis. Priuatio rationis est quædam forma negatiua conficta, seù concepta in subiecto cui ex natura sua non repugnat forma positiua, & sic dicunt se concipere priuationẽ, seù carentiam visionis in oculo cæco, quæ carentia dicitur priuatio, non verò negatio, quia est in subiecto ex natura sua apto ad visionem, scilicet in oculo. Relatio rationis est quædam forma conficta, vbi re vera non datur, per quam vnum refertur formaliter ad aliud, seù dicit ordinem, & habitudinem ad illud, & huiusmodi asserunt esse relationem Creatoris ad creaturas, quæ relatio formaliter non est in Deo vsque dum per intellectum creatum fingatur, seù imaginetur, quod idem videtur sonare, ac expectanda esse nostra figmenta, vt Deus omnium creaturarum denominetur formaliter creator. Sed de hoc infra;

fra;

ſra; interim his notatis. Sit

ARTICVLVS II.

Impugnatur generaliter ens rationis contradiſtinctum ab ente reali ex ipſo vniuerſaliſſimo conceptu entis.

1 NON aſſumimus hic impugnandum ens rationis vtcumque, ſed ens rationis contradiſtinctum ab ente reali; ſiquidem omnia quæ ad ſolam rationem pertinent, vel à ſolo intellectu efficiuntur entia rationis ſunt, & differunt à cæteris entibus, non quia hæc ſunt realia, illa verò non, ſed quia illa à ratione, ſeù ab intellectu fiunt, vel in intellectu permanent, & ſubiectantur, verò non, & conſequenter diſtinguuntur inter ſe non penes eſſe reale, & non reale, ſed quatenus ſunt intra, vel extra animam; ad eum modum quo homo poſſibilis, & homo actualis non diſtin-

distinguuntur in esse hominis, & non hominis, sed in esse hominis intra causas, & in esse hominis extra causas.

2 Sustinemus igitur præter entia rationis, quæ videlicet sunt entitates veræ, & reales intra animam, nullum ens rationis dari posse quod ens reale non sit. Assumimus tanquam primũ fundamentum ad hoc probandum, ipsam vniuersalissimam conceptionẽ entis vt sic, tali pacto. Ens vt sic vniuersalissimè sumptum est ens reale, ergo nullum ens dari potest, quod nõ sit ens reale, & consequenter nullum datur ens rationis contradistinctum ab ente reali; consequentia est euidens. Antecedens probatur primo. Ens vt sic vniuersalissimè sumptum non præscindit ab ente reali, & ente rationis; ergo aut est ens reale, aut ens rationis; atqui non est ens rationis (alioquin omnia entia sub illo contenta essent entia rationis) ergo est ens reale.

Quod

Quod verò ens vniuersalissimè sumptum non præscindat ab ente reali, & rationis, sic probo. Ens præscindens ab ente reali, & rationis est ens præscindens ab ente vero, & falso (nàm vt prænotauimus ex doctrina aduersariorum ens rationis non est verum, sed falsum ens, & ad instar veri;) sed implicat ens præscindens à vero, & falso; quia hoc ipso quod à vero, & falso præscinderet, esset ens falsum, & sic non præscinderet à falso, ad eum modo quo v. g. Deitas præscindens à vera, & falsa hoc ipso est falsa, & chimærica. Non igitur ens vniuersalissimè sumptum præscindit à vero, & falso, sed in quauis generalitate sumatur, semper ens est verum, quod est idem ac dicere, semper ens est reale, & consequenter nullum datur ens quod reale non sit, seù quod sub ente reali non contineatur.

3 Confirmatur hoc, & explicatur, eo quia si sub ente vniuersalissimo con-

contineretur etiam ens rationis, tanquam membrum contradiſtinctum ab ente reali, iàm ens vt ſic verè diuideretur in ens reale,& in ens rationis, ſeù (quod idem eſt) in ens verum, & falſum; ſed hoc eſt impoſſibile; nàm quotieſcumque vnum ex membris diuidentibus eſt falſum, ipſum diuiſum,atque diuiſio ipſa erunt falſa; ad eum modo quo Manichæi diuidentes Deitatem vt ſic, in Deitate bonam, & malam,non minus diuiſionẽ, quam ipſam Deitatem diuiſam falsò conſtituebant. Cuius ratio eſt, quia Deus eſt ens omninò primum, ac per conſequens excludit omnem rationem entis ſeipſo priorem, ſub qua ipſe Deus contineatur; Sed ens reale vt ens reale etiam eſt omninò primum, ergo ſimiliter excludit omnem aliam rationem entis ſeipſo priorem, ſub qua ipſum ens reale, tanquam membrum diuidens contineatur; Et quidem, ſi ens reale vt ens reale non eſſet omninò

nò primum, vtique nec Deus esset ens omninò primum, siquidem Deus non nisi in ente reali continetur, imò in sola linea entis realis est primum. Porrò Deus est ens omninò primũ,& adeò omninò primũ, vt nihil sit prius Deo, *nec secundũ rem, nec secundũ intellectum*, vt dicit D.Th. p. p.q.3.ar. 5. si .n. aliquid esset Deo prius saltẽ per intellectũ, proculdubio daretur aliquid saltem ratione nostra magis independens quam Deus, nàm ex ratione primitatis oritur independentia; implicat autem aliquid magis independens quam Deus, etiam ratione, aut cogitatione nostra; quia Deus est id quo maius excogitari non potest, non solum in linea independentiæ, & primitatis, sed in qualibet alia ratione dicente secundum se perfectionem. Si ergo non potest abstrahi à Deo, & à cęteris entibus realibus aliqua ratio entis superior Deo, cæterisq; entibus realibus, à fortiori abstrahi non po-

test

test talis ratio quouis modo superior ente reali, & rationis, nam in linea entis realis est Deus, quo nihil dari potest, nec quidem ratione nostra, seù *secundum intellectum* superius.

4 Comprobatur ad huc magis hæc doctrina; Nàm quidquid est quomodocùmque posterius, necessariò dicit aliquam dependentiam à primo, vnde communiter dicitur quod primum in vno quoque genere est causa cæterorum, quæ sunt in tali genere, quatenus remoto primo, remouetur secundum, & non è contra, sic remoto animali remouetur homo, & non è contra; ex quo fit vt animal se habeat vt causa, & principium ipsius hominis; sed implicat dari, etiam per imaginationem aliquid quod sit causa, seù principium entis realis, & entis rationis, quia hoc ipso esset, aut imaginaretur causa, seù principium Dei, qui est ens reale; ergo etiam per imaginationem implicat ens, quod sit

ente reali, & ente rationis aliquo modo prius, nisi fortasse solùm enunciatiuè, & verbaliter.

5 Probatur insuper secũdò item antecedens prioris argumenti, videlicet, quod ens vt sic vniuersalissimè sumptum est ens reale; nàm ens vniuersalissimè sumptũ nõ est aliud, nisi id quod est, seu quod simpliciter, siuè absolutè est, ad differẽtiam nõ entis, quod simpliciter, & absolutè non est; non enim assignabile est aliud prædicatum vniuersalius, quod vniuersalissimã rationem entis explicare, siuè constituere possit; & Deus ipse, qui in linea entis est adeò illimitatus, vt nequeat cogitari ens maius, aut illimitatius, non alio vocabulo, aut prædicato amplissimam sui illimitationem explicuit, nisi per esse simpliciter, iuxta illud: *Ego sum qui sum, & qui est misit me*; ergo esse simpliciter sufficientissimè rationem entis, etiam metaphysici in summa sui illimitatione valet expli-

care;

care ; sed esse simpliciter, seù vt alij dicunt, esse extra nihil, conuenit formalissimè enti reali vt reali, ergo ens in quauis vniuersalissima ratione sumatur, est ens reale, & consequenter nullum ens dari potest, quod ens reale non sit ; consequentia est euidens; minor quæ statim ab aduersarijs negabitur, ex eo patet, quia nunquam præter esse simpliciter assignabunt prædicatum aliquod entis realis formaliter constitutum.

6 Docent aliqui primo. Prædicatum formaliter constitutum entis realis esse, non dicere in se, seù non inuoluere duo prædicata contradictoria, ad differentiam entis rationis, de cuius quidditate formali est dicere, seù includere in se duo prædicata contradictoria. Sed falluntur; quia non dicere, vel non includere duo prædicata contradictoria est prædicatum negatiuum, quod ens reale positiuum non constituit, sed potius con-

ſequitur ; quæcumque enim negatio in aliquo ente poſitiuo fundatur ; ergo adhuc remanet aſſignandum quid eſt ens reale poſitiuũ,quod prædicata cõtradictoria in ſeipſo,vel à ſeipſo excludit ; non certè cõſiſtit in ipſis prædicatis cõtradictorijs,neque in eorundem negatione,aut excluſione,vt patet;ergo aliud non remanet aſſignandum pro conſtitutiuo entis realis,niſi eſſe abſolutè , & ſimpliciter , ſiuè eſſe extra nihil,quod negationem implicantiæ vel contradictoriorũ excluſionem , veluti ſecundariò , & conſequenter importat ; atque hæc eſt ratio , quare ab aduerſarijs ſæpiſſimè dicatur ens rationis non eſſe ſimpliciter ens, quia nimirum eſſe ſimpliciter ſoli enti reali, tanquam ipſius formale conſtitutiuum, adaptatur.

7 Dicunt alij ſecundò. Prædicatum formale conſtitutiuum entis realis eſſe includere prædicata non contradictoria, ad differentiam entis ratio-

tionis ; quod secundum se includit prædicata contradictoria ; Sed contra primò ; quia includere prædicata cõtradictoria nõ est ratio formalis quidditatiua entis rationis, alioquin quodlibet impossibile esset secundum se ens rationis ; ergo è contra, includere duo prædicata non contradictoria nõ est ratio formalis quidditatiua entis realis ; & ratio vtriusque est, quia includere prædicata contradictoria, vel non contradictoria, præsupponit, id quod est includens, sed id quod est includens non consistit in ipsa inclusione, neque in ipsis prædicatis inclusis, ergo sicut ens rationis præter hoc quod est includere duo prædicata cõtradictoria explicatur ab aduersarijs per hoc quod habeat esse tantum obiectiuè in intellectu, ità pariter ens reale, præter hoc quod est includere prædicata non contradictoria per aliquam aliam rationem ab iisdem aduersarijs explicari debuerat. Contra

Secundò, quia per talem explicationem ad summum explicaretur ens reale complexum, quod scilicet ex pluribus prædicatis constituitur, vel in plura prædicata est resolubile; ergo adhuc desideratur explicatio entis realis vniuersalissimi, quod scilicet est commune enti reali simplici, & complexo; siquidem ens reale simplex nõ potest in aggregato plurium prædicatorum consistere, nàm proptereà dicitur simplex ad differentiam complexi. Tùm quia si ens reale vniuersalissimum constitueretur duobus prædicatis, vtique tàm constitutum, quàm prædicata constituentia essent entia realia, sed omne constituens est aliquo modo prius constituto, ergo daretur aliquod ens reale, quod esset aliquo modo prius ente reali vniuersalissimo; at implicat in terminis aliquid prius vniuersalissimo in eodẽ genere, siuè in eadem linea; ergo implicat etiam concipere quod ens reale

le vniuersalissimum ex duobus prædicatis realibus constituatur. Maior patet, nàm ex non realibus non potest ens reale constitui. Minor etiam est euidens, nàm omne constituens suo modo est causa constituti; Vndè sicuti materia, & forma quæ saltim distributiuè sunt causæ compositi physici, sunt ipso composito physico saltem distributiuè priores, ità de omnibus partibus etiam metaphysicis in ordine ad compositum metaphysicū pariter discurrendum est. Atque hinc oritur potissima ratio, quare in vera sententia Thomistarum, Deus non constat ex genere, & differentia, sitque adeò simplex, vt etiam metaphysicam compositionem excludat; quia nimirum daretur ens, quod esset aliquo modo saltèm metaphysicè prius Deo, nempè quælibet pars metaphysica, quæ Deum metaphysicè causaret, seù constitueret. At repugnat enti omnimodè primo, vti est Deus,

 admit-

admittere aliquid seipso quouis modo tam physicè, quam metaphysicè prius. Deus enim est id quo prius, quo perfectius,& quo sublimius mens ipsa cogitare non potest..

8 Scio Reuerendissimum Patrem Corsalium nostræ Cœlestinæ Congregationis nouissimum decus, qui in sua metaphysica vniuersalissima, quam ego ipse de Superiorum mandato summis, debitisque præconijs approbaui,tom. 1. quæst. 2. art. 1. docere, de ratione entis realis vniuersalissimi esse includere duo prædicata non contradictoria, non vtcunque, sed quorum vnum sit genericum præscindens à realitate, & aliud sit differentiale, quod est realitas contrahens ens vt sic ad ens reale, quæ realitas in eo radicaliter consistit, vt talia prædicata non sint inuicem cōtradictoria. Rationem huius fundamentalem dicit esse, quia ens reale vniuersalissimum inuoluit ens, & realita-

litatem, nàm præcisè *est ens reale*, sed hæc duo prædicata non sunt inuicem contradictoria, ergo, &c. Sed parcat quæso sapientissimus magister meus si tantæ auctoritati adhuc non acquiesco. In primis enim hoc ipsum in præsenti contendimus quod ipse supponit indubitatum, nempè ens reale vniuersalissimum inuoluere ens, & realitatem, quæ realitas tanquam prædicatum differentiale contrahat rationem entis vt sic præscindentem ab ente reali, & ab ente rationis. Contendimus inquam nullam dari rationem entis, quæ non sit ens reale, & consequenter nullatenus dari ens quod per realitatem tanquam per inferiorem rationem differentialem cõtrahatur. Nec ideò quia dicitur *ens reale* supponere debemus hæc duo verba importare duas rationes, alteram entis, alteram realitatis, sed pro maiori explicatione additur *enti*, ly *reale*, nàm ad significãdũ ens reale suf-

ceret dicere est ens; sicuti quãdo dicimus ens vt sic, & ens vniuersalissimũ, ly *vt sic*, & ly *vniuersalissimum* nõ important aliquid diuersum ab ente, sed pro maiori explicatione adiunguntur. Secundo, si ens reale vniuersalissimũ constitueretur ex duobus prędicatis vno generico, altero differentiali inter se non oppositis, nempè ex ente vniuersalissimo, & ex realitate, adhuc assignandum esset id in quo ista realitas consisteret, prout scilicet distinguitur ab illa ratione generica entis; Neque repetat Reuerendissimus Corsalius, realitatem consistere in eo quod tale prædicatum, quod dicitur realitas, non sit contradictoriè oppositum prædicato generico entis vt sic; nàm ens rationis non est realitas, & tamen per ipsum non opponitur contradictoriè enti vt sic; nam concesso quod ens rationis enti vt sic contradictoriè opponatur, consequẽter ens rationis nihil esse, iuxta nostram

ſtram ſententiam, eſſet cõcedendum. Tertio: Includere duo prædicata, vnum genericum, alterum differentiale repugnat ſimpliciſſimo enti primo, nempè Deo; ergo talia prædicata includere non eſt de ratione entis realis vniuerſaliſſimi. Antecedens probatum eſt ſupra, eo quia Deus compoſitionem metaphyſicam non admittit. Conſequentia eſt euidens, quia ſi ens reale, vt ens reale conſtitueretur formaliter per illa duo prædicata, quodlibet ens reale à primo vſque ad vltimum eadem prædicata includeret, ad eum modum, quo, quodcumque animal eſt principium ſentiendi, eoquia eſſe principium ſentiendi eſt de formali ratione animalis; ſed primum ens reale, ſcilicet Deus, talia prædicata non includit; ergo includere huiuſmodi prædicata non eſt de ratione formali entis realis.

9 Dicunt alij, tertiò. Ens reale vniuerſaliſſimum eſſe illud cuius prædica-

dicatum non repugnat ſubiecto ; vel ſecundum alios, ens reale eſſe illud, quod eſt, vel eſſe poteſt independenter ab intellectu, vt à ſola cauſa obiectiua, in quo differt ab ente rationis, cuius prædicatum repugnat ſubiecto, atque eſt, & eſſe poteſt dependenter tantùm ab intellectu, vt à ſola cauſa obiectiua ; & conſultò addunt, vt à ſola cauſa obiectiua, nè ſcilicet videantur includere inter entia rationis, etiam actus intellectionis, qui ab intellectu, vt à cauſa effectiua, & ſubiectiua dependent. Sed verbis tantùm hæc explicatio differt à cæteris ; nàm prædicatum non repugnare ſubiecto, aliud non eſt, niſi non dicere duo prædicata inter ſe oppoſita, aut dicere duo prædicata non oppoſita. Similiter eſſe, vel eſſe poſſe independenter ab intellectu, vt à ſola cauſa obiectiua, nil aliud importat, niſi eandem prædicatorum oppoſitorum carentiam, in qua entium poſſibilitas

tota consistit; istæ igitur locutiones, vel aliæ similes, idem omninò significant, imò propterea ad conuertentiam dicuntur, ideòque easdem, quas modo attulimus impugnationes patiuntur.

10 Concludendum itaque est, ens reale vniuersalissimum esse id quod est, seù quod simpliciter est, ad differentiam entium realium particularium, quorum esse formale non consistit in esse vt sic; seù in esse simpliciter, sed consistit in specialibus rationibus ipsam rationem entis realis vniuersalissimam contrahentibus, ac limitantibus; vndè non dicimus animal est id quod est, sed dicimus animal est principium sentiendi; vbi ly *est* explicat rationem entis realis vniuersalissimam contractam, seù limitatam ad principium sentiendi. Ens inquam reale vniuersalissimum est id quod est, seù quod simpliciter est, ex quo manifestè infertur, ens reale esse

omne

omne quod eſt, nullumque dari ens, quod reale non ſit.

11 At dices; totus iſte diſcurſus conuincit quidē, quod ens rationis nō ſit ſimpliciter, & abſolutè ens, ſed non propterea ens rationis eſt purū nihil, aut ſimpliciter, ſeù abſolutè non ens; ſiquidem ens rationis eſt non ens ad modum, ſeù ad inſtar entis; at purum nihil neque eſt ens, neque ad inſtar entis. Sed fateor, me nunquam capere potuiſſe quid ſignificat non ens ad modum entis. Certè non ens, & ens ſunt contradictoriè oppoſita, ac primò, & totaliter diuerſa, quomodo ergo vnum poteſt eſſe ad inſtar alterius?

Reſpondent totum hoc fieri poſſe ab intellectu fingente, quatenus non valens concipere v.g. tenebras in ſe ipſis, eas concipit admodum alicuius formæ realis, non enim dicitur quod non ens, poſſit eſſe ad inſtar entis ſecundum ſe, ſed per falſam intellectus ima-

imaginationem, seù cognitionem, qua concipit non ens ad modum entis, ideſt tenebras, quæ ſunt non entia ad modum formæ realis, quæ eſt ens.

12 Sed hæc doctrina eſt ipſis tenebris obſcurior; nàm intellectum concipere tenebras ad modum formæ realis, duplicem ſenſum habere poteſt. Primus ſenſus eſt, quod intellectus concipit tenebras eſſe formam realem, concipiendo, ſeù cognoſcendo identitatem inter tenebras, & formam realẽ; & in hoc ſenſu impoſſibile eſt vt intellectus cognoſcat non ens ad modum entis, quia identitas inter non ens, & ens (ſicut cætera omnia impoſſibilia) eſt incognoſcibilis, & imperceptibilis, vt inferius art. ſequenti, nu. 1. & art. 5. per totum oſtendam. Secundus ſenſus eſt, quod intellectus non valens ſignificare non entia, applicat terminos entis realis ad illa ſignificanda; vt cum dicit tenebræ ſunt nigredo; vel cum dicit,

tene-

tenebræ ſunt priuatio lucis, vbi ly *ſunt*, & ly *nigredo* ſunt termini entis realis, qui ponuntur ad ſignificanda non entia. At in hoc ſenſu, intellectus nec concipit, nec cognoſcit non ens ad modum entis; ſed concipit ipſas formas reales, ipſarumque terminos, quos applicat ad ſignificanda non entia. Neque enim oportet, vt intellectus in tali applicatione terminorum, aliud præter ipſos terminos, aut ipſorum ſignificata realia cognoſcat; ad eum ferè modum quo ad inſinuandum Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium dicere ſolemus, Trinitas eſt triangulum, quod in ratione figuræ eſt vnicum, at in ratione anguli eſt triplex; non enim in hoc caſu concipimus, aut cognoſcimus, Trinitatem eſſe triangulum, aut eſſe ad inſtar trianguli, imò nihil cognoſcimus niſi triangulum, cuius figuram, eiuſque vocabulum applicamus ad tale myſterium vtcunquè inſinuandum, ſiuè

dicen-

dicendum; sic ergo cum dicimus, tenebræ sunt nigredo, nil cognoscimus nisi realem nigredinem, cuius vocabulum applicamus per verbum *est* ad insinuandas tenebras; in his ergo, aut in similibus locutionibus, etiam mentalibus, nullum impossibile, nullumque non ens nostro intellectui obijcitur, & consequenter nullum ens rationis formatur; Sed de hoc plenius in sequentibus, præcipuè art. 5.

ARTICVLVS III.

Impugnantur entia rationis ex ipsamet entis rationis quidditate.

QVidditas, seù essentia entis rationis diuersimodè a suis fautoribus describitur, nullus tamen talem affert explicationem, vt ex ipsamet quidditate quomodocumque explicata eiusdem entis rationis implicantia non elucescat;

quod vt manifestum fiat principaliores in hac re sententias, sigillatim examinandas adducam.

1 Docent aliqui primò. Ens rationis vt contradistinctum ab ente reali esse illud quod secundum se inuoluit duo prædicata contradictoria, ex quo fit, vt non nisi per intellectum sit possibile. Sed contra in primis est, quod impossibilia omnia secundum se inuoluunt duo prædicata contradictoria, & tamen tantum abest quod sint entia rationis, vt potius realitatem habeant, realem videlicet impossibilitatem. Neque ex eo quod secundum se aliquid sit impossibile, seù duo contradictoria secundum se includat, sequitur quod per intellectũ esse possit; Nam potius sequitur contrarium, nempè quod neq; per intellectum esse possit. Probo pro nunc hanc sequelam à priori; quia essentiæ rerum sunt inuariabiles, ergo quidquid secundum se, siuè essentialiter est ta-

le,

le, in quocunque ſtatu eſt tale; ergo quod ſecundum ſe eſt impoſſibile, (vtpotè inuoluens ſecundum ſe duo prædicata contradictoria) in quocũque ſtatu eſt impoſſibile, tàm ſcilicet extra intellectum, qui dicitur ſtatus realis, quàm per intellectum, qui dicitur ſtatus intentionalis, ſiuè obiectiuus. Confirmatur, & explicatur; Nàm ita ſe habet id quod inuoluit duo contradictoria ad eſſe impoſſibile, ſicut ſe habet id quod non inuoluit duo contradictoria ad eſſe poſſibile; Sed id quod non inuoluit duo contradictoria in vtroque ſtatu eſt poſſibile, tàm ſcilicet intentionali, & obiectiuo, quàm reali, ſeù extra intellectũ; ergo id quod duo contradictoria inuoluit in vtroque ſtatu eſt impoſſibile; ſed ens rationis inuoluit duo contradictoria; ergo in vtroque ſtatu eſt impoſſibile, quod eſt idem ac dicere, nec à parte rei, nec per intellectum eſt poſſibile; Et quidem expe-

rientia ipſa manifeſtum eſt, omnia entia realia, cum cognoſcuntur, accipere eſſe intentionale in intellectu; quod eſſe intentionale conſiſtit in illo conceptu obiectiuo (& dici ſolet verbum mentis) qui de ipſa re concepta in intellectu cognoſcente formatur; quem conceptum obiectiuũ, ſeù verbum mentis nullatenus circa non entia, aut circa impoſſibilia experimur, imò vt art. 5. oſtendam, impoſſibile eſt intellectum cognoſcere non entia, aut impoſſibilia; ideoque impoſſibile eſt de iſtis aliquod verbum, ſiuè cõceptum obiectiuum efformare.

2 Docent alij ſecundò. Ens rationis conſiſtere in quadam quidditate media inter ens reale,& purum nihil, quæ quidditas nec ſimpliciter eſt ens reale, nec ſimpliciter eſt nihil, ſed ex vtroque participat ſecundum quid, dicens ipſum nihil in recto, & ens reale in obliquo; quatenus *eſt nihil ad*

modum

modum entis. Pulchra quidem explitio, sed superiori explicatione deterior; & quantum ad id quod asserit ens rationis esse nihil ad modum entis realis, in antecedenti articulo cõfutata. Quantum verò ad id in quo fundatur, videlicet ens rationis consistere in quadam quidditate media inter ens reale,& purum nihil,sic specialiter impugnari potest. Ens reale, & purum nihil sunt contradictoria, & multo magis, siuè multo expressius opponuntur, quam ens reale, & ens rationis (si daretur); at implicat dari medium inter contradictoria; ergò implicat ens quod sit medium inter ens reale, & purum nihil, sicut implicat dari ens medium inter ens reale, & ens rationis. Minor conceditur ab omnibus, & in casu nostro sic probatur; Nàm vel tale medium est vtrumque includens, & sic includeret duo contradictoria, quod est formalissimè implicare; vel vtrumque
 exclu-

excluderet, & ſic, quatenus excluderet purum nihil eſſet non nihil, ſeù ſimpliciter ens; & quatenus excluderet ens reale, eſſet purum nihil; quia vt præcedenti art. probaui, quidquid non eſt ens reale eſt purum nihil; ergo ſi tale ens medium vtrumque excluderet, nempè tam ens reale, quam purum nihil, eſſet,& non eſſet purum nihil, eſſet, & non eſſet ſimpliciter ens; imò ex hoc quod excluderet vtrumque, potius vtrumque includeret, quod in terminis implicat. Quidam Philoſophus vi huius argumenti coactus, negauit mihi aliquando ens reale, & purum nihil eſſe contradictoria; vnico tamen ſyllogiſmo rem expleui; videlicet; Si daretur aliquod aggregatum ex ente reali, & purò nihilo, diceret duo prædicata formaliſſimè contradictoria, ſed tale aggregatum nil aliud includeret præter ens reale,& purum nihil;ergo hæc duo ſunt formaliſſimè contradictoria.

Dices

3 Dices primò. Ex tali discursu sequitur inter duo contradictoria cuiusmodi sũt ens reale, & purum nihil dari non posse medium verum, non tamen sequitur dari non posse medium falsum, seù fictum ab intellectu ad instar medij veri; ens autem rationis inter vtrumque est medium fictum, non verum. Sed contra, quia hoc esse ad instar entis veri iam supra sufficienter impugnatum remanet. Præterea si tale medium est fictum ad instar medij veri, quæro quodnam est illud medium, quod inter contradictoria sit verum? nullum certè inueniens; ergo intellectus non potest medium fictum ad instar medij veri inter contradictoria efformare. Denique si ens rationis, & ens reale, siuè medium fictum, & medium verum, sunt omninò opposita inter se, quis dicet vnum esse ad instar alrerius? certè ex ipsis terminis patet, opposita contradictoriè, cuiusmodi sunt ve-

rum, & non verum, taliter esse inter se disparia, dissimilia, & disconuenientia, vt vnum ad instar alterius nullatenus concipi possit. Neque in contrarium adducas Aurichalcum quod est aurum falsum ad instar auri veri; Nàm Aurichalcum est quidem ad instar auri veri in accidentibus, in quibus non opponitur auro vero; at quo ad substantiam, quæ auro vero opponitur nequaquam est illi simile, aut ad instar illius.

4 Dices secundò. Differentiæ entis in probabili sententia sunt quid medium inter ens, & purum nihil; quatenus formaliter nec sunt ens, nec sunt purum nihil; ergo hoc idem dici potest de ente rationis. Sed relicta in sua probabilitate tali sententia, nego consequentiam; quia dato quod differentiæ non sint ens formaliter, sunt tamen ens idemticè; ens autem rationis tàm idemticè, quàm formaliter distinguitur ab ente reali; vndè

sic

sic retorqueo argumentum. Si differentiæ distinguerentur ab ente tàm formaliter, quàm idemticè, vtique essent purum nihil, eo quia ens, & nihil sunt contradictoria; sed non minus ens rationis tàm formaliter, quàm idemticè distinguitur ab ente reali; ergo ens rationis est purum nihil, quia similiter ens reale, & purum nihil sunt contradictoria, de quorum conceptu est, vt quidquid non est vnum necesse est vt sit aliud.

5 Docent alij tertiò. Ens rationis sic definiri debere, videlicet, *est id quod habet esse tantùm obiectiuum in intellectu*, vel, vt alij dicunt, *quod nullum esse in se habet, sed tantùm obiectiuè est in intellectu*. Contra hunc modum dicendi, qui communior est in scholis, militat vltimum argumentum supra factum in confutatione primæ opinionis; militant etiam omnia argumenta contra entis rationis, ac quorumcumque impossibilium cogno-

gnoſcibilitatem infra adducendā. Specialiter verò in præſenti impugnari poteſt.

Primò, quia eſſe obiectiuum formaliter vt eſſe obiectiuum eſt eſſe reale; ergo eſſe tantum obiectiuum eſt etiam ens reale, & non rationis. Antecedens ſic oſtenditur; ſi eſſe obiectiuum vt eſſe obiectiuum non eſſet ens reale, vel eſſet ens rationis, vel præſcinderet ab vtroque, neutrū dici poteſt, ergo eſt reale. Probo minorem, & in primis quod non ſit ens rationis, quia eſſe obiectiuum, vt eſſe obiectiuum prædicatur de ente reali cognito; Lapis enim cognitus habet eſſe obiectiuum; ergo non poteſt eſſe ens rationis; tùm quia ſuperfluè poneretur illa particula *tantum* in definitione entis rationis, ſufficeret enim dicere ens rationis eſt illud, quod habet eſſe obiectiuum. Probo deinde quod eſſe obiectiuum, vt eſſe obiectiuum non præſcindit ab vtroque

ente,

ente, quia in primis, non potest dari aliquid præſcindens à vero, & falſo, nàm hoc ipſo eſt falſum, vt ſupra ar. 2. diximus de ratione entis præſcindentis ab ente reali, & rationis. Deindè ſi eſſe obiectiuum præſcinderet ab vtroque ente, neutrum in ſuo conceptu includeret; ergo iam eſſet obiectiuum tantùm, & conſequenter eſſet formaliſſimè ens rationis ſecundum vulgatam definitionem, ac proptereà ab ente rationis non præſcinderet illud eſſe obiectiuum, quod ab vtroque ente pronunciatur præciſum. Igitur eſſe obiectiuum, vt eſſe obiectiuum eſt ens reale; ergo id quod habet eſſe obiectiuum tantùm etiam eſt ens reale; probo hanc conſequentiam; quia eſſe tantum obiectiuum eſt eſſe obiectiuum, & nihil aliud, ſed eſſe obiectiuum eſt ens reale, vt modo probaui; ergo eſſe obiectiuum tantùm eſt ens reale, & nihil aliud.

56 Secundò eadem entis rationis defini-

finitio impugnatur,ex eo quia in omni ente positiuo (cuiusmodi est ens rationis) dari debet aliqua ratio positiua differentialis per quam ab alijs entibus differat, sed hæc ratio positiua differentialis non est assignabilis in ente rationis, ergo, &c. maior est euidens,& minor probatur; Nàm si aliqua esset ratio differentialis in ente rationis, illa explicaretur per ly *tantum*; siquidem aliæ particulæ positæ in prædicta definitione, explicāt aliquid commune cum ente reali, vt patet; sed ly *tantum* non significat aliquod positiuum, sed solam negationem alterius entitatis, vt ex ipsis terminis est notum; ergo non est assignabilis in ente rationis aliqua ratio differentialis positiua, per quam in aliquo esse positiuo constituatur, & consequenter ens rationis formaliter non est aliud nisi pura negatio entis, seù purum nihil.

7 Agnouit difficultatem hanc P.

Ma-

Mastrius optimus Scotista quæst. 3. de ente rationis art. 2. nu. 27. pro cuius solutione docet; ens rationis non constitui formaliter per illam negationem significatam per ly *tantum*, sed per illud positiuum, quod actualiter fingitur ab intellectu, & quod nec est, nec esse potest à parte rei; illa verò negatio entis realis præcedit formalitatem entis rationis vt materia, seù subiectum, cui talis formalitas tribuitur quando concipitur ad modum entis veri; acutè quidem; Sed contra sic argumentor. Quidquid ponitur in definitione alicuius rei, vel est de conceptu communi, seù materiali, vel est de conceptu speciali; seù formali; definitio enim constat ex genere, & differentia, siuè in propria, siuè in impropria consideratione accipiantur; Sed illa negatio posita in tali definitione non est de conceptu communi, aut materiali entis rationis; ergo est de conceptu speciali,

ciali,seù formali; minor patet, nàm si talis negatio est de conceptu communi,quæro,cum quo ente habet ens rationis communem talem negationem? non certè cum ente reali, nullum enim ens reale talem patitur negationem, neque cum alio ente; cum non sit assignabile; ergo talis negatio non est de conceptu communi, seù materiali entis rationis, sed de conceptu speciali, & formali. Confirmatur; nàm adæquatum distinctiuum est adæquatum constitutiuum formale, sed illud positiuum, quod secundum Mastrium, fingitur ab intellectu, per solam illam negationem ab onmi ente reali distinguitur; ergo per eandem solam negationem formaliter in esse entis rationis constituitur; igitur talis negatio non præcedit formalem rationem entis rationis,tanquam materia, sed ipsam constituit tanquam forma,& consequenter ens rationis formaliter est nega-

tio

tio entis, quod est idem ac dicere, est formaliter purum nihil.

8 Denique ex eadem entis rationis definitione, alia non leuis occurrit difficultas iuxta multorum principia, præsertim omnium Thomistarum, & Scotistarum vnanimiter docentium; Relationes prædicamentales esse formas à fundamento, & termino distinctas, cõtra quos agam in secũda parte huius opusculi. Supposita igitur pro nunc tali sententia; Dico quod esset possibile aliquod ens rationis non habens esse obiectiuum in intellectu, & consequenter nulla est prædicta entis rationis definitio. Assumptum sic probo. Datis duobus entibus rationibus, proculdubio inter talia entia resultaret relatio similitudinis antecedenter ad nouam intellectus operationem; siquidem antequam per intellectum, quasi per actum reflexum considerentur, essent inter se similia; sed relatio similitudinis, quæ resul-

taret

taret inter duo entia rationis non esset forma realis, quia ex duobus falsis, nequit resultare verum; ergo esset ens rationis antecedenter ad intellectus operationem. Igitur dato quod omnia similia per aliquam formam relatiuam ab extremis distinctam referantur, consequens est, aliquod ens rationis esse possibile, quod esse obiectiuum in intellectu non haberet.

9 Nec iuuat respondere, inter duo entia rationis, antecedenter ad nouũ actum quasi reflexum intellectus, dari quidem relationem fundamentalem, non verò formalem. Nàm gratis dicis, atque hoc idem dici posset de qualibet alia relatione similitudinis, etiam inter entia realia, cum non sit maior ratio; sicut enim se habet ens reale ad aliud ens reale simile, ità se habet ens rationis ad aliud ens rationis simile; sed per aduersarios, positis duobus entibus realibus, statim resultat forma relatiua similitudinis, seù

respe-

reſpectus formalis vnius ad aliud; ergo poſitis duobus entibus rationis hoc idem dicendum eſt.

ARTICVLVS IV.

Impugnantur entia rationis ex defectu cauſæ.

1 NIhil dari infra Deum quod cauſam ſui eſſe non habeat, ex ipſarum rerum contingentia naturæ lumine notum eſt; quidquid enim poteſt eſſe, & poteſt non eſſe, à ſeipſo eſſe non poteſt, ſed oportet vt ab alio ſit. Cauſa verò cuiuſcunque entis infra Deum, vel eſt ſolus Deus; in ijs, quæ à ſolo Deo producuntur, vel Deus, tanquam cauſa prima, & creatura tanquam cauſa ſecunda, quæ taliter Deo in agendo ſubordinatur, vt nihil, niſi Deo concurrente agere poſſit; cuius ratio fundamentalis eruitur ex illo communiſſimo princi-

pio; Primum in vno quoque genere, siuè in vna quaque linea est prima causa cæterorum, quæ sunt in tali genere, siuè linea; quare, cum Deus sit primus in linea entis, consequens est vt sit prima causa omnium, quæ sub ratione entis continentur; & cum omnis actio, siuè causalitas creaturæ intra rationem entis contineatur, necesse est, vt etiam à Deo tanquam à prima causa dependeat.

2 Nec sufficit dependentia mediata, seù remota, qua omnis causalitas, & actio causæ secundæ dicitur dependens à Deo, quatenus ipsa causa, quæ sola agit, est à Deo producta, & conseruata, vt existimauit Durandus; sed necesse est, vt talis dependentia sit omninò immediata; eo quia vt docet D. Thomas qu. 3. de pot. ar. 7. in quolibet effectu per causam secundam producto inuenitur ratio entis, quæ est ratio prima, & vniuersalissima; ergo oportet quod ad talem effe-

ctum prima, & vniuersalissima causa concurrat. Et quidem, si res attentè consideretur, omnis effectus, qui producitur (idem dic de causalitate, & actione) simpliciter ex nihilo sui producitur, quia omninò nihil sui ante productionem præcesserat; ergo omnis effectus, vel actio, seù causalitas accipit à sua causa esse simpliciter, quod est effectus vniuersalissimus; Nàm sicuti quando forma qualibet desttuitur in nihilum simpliciter resoluitur, quia omninò nihil ipsius remanet; ita è contrà quando producitur, ex nihilo simpliciter producitur, quia omninò nihil sui ante productionem præcesserat; atque hoc vniuersaliter dicendum est etiam si alicuius rei productio à subiecto dependeat vt in generatione. Si ergo in omni effectus productione vniuersalissima ratio entis attingitur, vniuersalissimæ causæ concursum saltem simultaneum admittere necesse est.

3 Profectò si hoc verum non esset, iam contra peripateticam doctrinam triumphum canerent Leucippus, Democritus, Epicurus, & Lucretius, quorum sectam tot seculis obliuioni damnatam, nouissimè in memoriam reuocarunt Cartesius, Cassendius, Maignanus, Cardosus, aliique recentiores, docentes ex nihilo nihil fieri à causis secundis, eo nixi fundamento, quia causæ secundæ, cum sint causæ particulares, & limitatæ, generalissimam, ac primam rationem entis attingere nequeunt, ac propterea sola atomorum, siuè elementorum combinatione omnia de nouo potius cõponi, quam fieri à causis secundis existimandum. Hoc inquam fundamentum, quod magni faciunt Atomistæ, aliter, meo iudicio, destrui non potest, nisi supposita doctrina de immediato concursu primæ causæ, ex qua suppositione facilis est, ac prontuaria responsio; Nullam scilicet causam secun-

ſecundam poſſe aliquid ex nihilo extrahere, ſi cauſa ſecunda ſola producat; poſſe autem, ſi ſecum Deus tanquam vniuerſaliſſima cauſa concurrat; illa enim vniuerſaliſſima ratio entis, quæ in vno quoque effectu reperitur, ad vniuerſaliſſimam cauſam, concurſu immediato, ac ſimultaneo concurrente, refundenda eſt, vt latius in peculiari opuſculo deformarum generatione contra Atomiſtas, Deo adiuuante, præſtabimus.

4 Neque hinc valet inferre, ergo omnis forma etiam corporea à cauſis ſecundis Deo ſimul concurrente creatur, nàm licet in productione cuiuſcunque formæ etiam corporeæ vniuerſaliſſima ratio entis attingatur, nihilominus ſicuti forma corporea, quia corporea, naturaliter eſſe non poteſt ſine materia, ità quia corporea eſt, naturaliter fieri non poteſt ſine materia. imò quia corporea eſt, ex materia fit, non quatenus in ma-

teria latitabat, ſed quatenus eius productio determinatur à materia, non ſimpliciter vt materia eſt, ſed à materia vt informata aliqua forma præcedente, cui naturali ordine forma producenda ſubſequitur; non enim naturali virtute ex quolibet fieri poteſt immediatè quodlibet, ſed ex materia ligni fit ignis non lapis, & ex materia ignis fit cinis non formica, vt experientia notum eſt; atque hoc per me (ſaluo meliori iudicio) eſt formam fieri ex materia, ideſt formam cineris ex propria conditione fieri ex materia ignis, & formam ignis fieri ex materia ligni, aut ſulfuris, & in hoc conſiſtit generatio, imò propter hoc dicimus primam productionem formarum in nuda materia non fuiſſe rigoroſam generationem, quia ſcilicet talis productio non fuit determinata à materia vt informata per aliam formam antecedentem.

Longè autem diuerſa eſt conditio

formæ rationalis, quæ vtpotè ſpiritualis, nec quo ad eſſe, neque quo ad produci à materia dependet; non quo ad eſſe, quia etiam naturaliter abſque materia eſſe poteſt, neque quo ad produci, quia eius productio non limitatur à materia vt informata aliqua forma antecedenti; non enim anima noſtra ex propria natura ſubſequitur ad formam embrionis, aut corporeitatis, ſed ad illam ſubſequitur ad formandum hominem, & ideò non ex materia, ſed in materia producitur; quod vt melius intelligatur dò exemplum. Si Deus vellet ſucceſſiuè producere duos Angelos, prius produceret primum Angelum, deindè produceret ſecundum Angelum, qui requiret quidem præexiſtentiam primi Angeli, non ex propria natura, neque ex vi ſuæ productionis, ſed tantùm ad conſtituendum numerum binarium, & propterea ſecundus Angelus non diceretur factus ex præexiſtente Angelo,

gelo, sed post præexistentem Angelum; sic cæteris paribus discurrendū est de forma rationali, quæ cum sit in fieri, & in esse à materia independens secundum propriam spiritualem conditionem, præsupponit quidem materiam non ex propria natura, neque ex vi suæ productionis, sed ad constituendum compositum humanum, ad quod cōstituendum ordinatur à Deo; ideoque non ex materia gignitur, sed in materia creatur. Igitur licet forma corporea generetur, forma verò rationalis creetur, quatenus corporea forma in fieri, & in esse à materia modo explicato dependet, non verò forma spiritualis; cum hoc tamen benè cocret quod vtraque forma ex nihilo simpliciter producatur, & quod ipsarum productio illam vniuersalissimam rationem entis attingat, quæ non nisi concurrente vniuersalissima causa haberi potest.

5 Eousque verò necessitas Diuini con-

concurſus cum cauſis ſecundis proceſit, vt apud veros Thomiſtas non ſolum concurſus ſimultaneus, ſed inſuper præuius; & prædeterminans requiratur; nàm concurſus ſimultaneus, inquiunt, non ſaluat actualem, & immediatam dependentiam cauſæ ſecũdæ à cauſa prima; dependentia enim importat prioritatem, & poſterioritatem ſaltem naturæ, quæ certè inter ſimul, eademque actione concurrentia inueniri non poſſunt; oportet autem vt creatura quatenus ſecunda in eſſe, ſit etiam ſecunda in operari, & Deus vtpotè primus in eſſe, ſit etiam primus in operari, iuxta illud, vnumquodque ità ſe habet ad operari, ſicuti ſe habet ad eſſe. Adde quod omnis potentia creata, præſertim libera, ſecundum ſe eſt in potentia ad actum; ergo ſecundum ſe non poteſt eſſe in actu, quia actus, & potentia ſunt oppoſita, & nemo ſecundum ſe poteſt eſſe ratio, ſeù cauſa ſui oppoſiti. Tùm
quia

quia causa prima, & causa secunda simul concurrunt ob rationem prius dictam, sed non casualiter coincidunt ad simul concurrendum; ergo antè concursum simultaneum, præintelligitur, vel quod causa prima determinet, seù præmoueat secundam, vel quod secunda præmoueat, seù determinet primam ad talem concursum præstandum; sed nemo sanæ mentis audebit dicere, quod causa secunda determinet primam; quia hoc ipso prima non esset prima,& independēs; ergo non immeritò concludunt quod causa prima omnem causam secundam præmoueat.

6 At dato quod physica Præmotio Thomistarum tot seculis impugnata, nunquam tamen expugnata in prædictis argumentis adhuc non pateat, sed maiori apud sapientiores Thomistas indigeat explicatione,& comprobatione; nihilominus sufficit mihi hæc omnia quasi obiter insinuasse, ne

videar

videar ineuitabilem necessitatem immediati concursus causæ primæ ad quamcumque, & cuiuscunque entis productionem gratis supponere. his itaque suppositis.

Dico, ens rationis nullam posse habere causam sui, quod ex dictis sic probo. Causa entis rationis (quam omnes fatentur esse intellectum) agere, siuè causare aliquid non potest, nisi Deus saltem simultaneo cōcursu illud ipsum concauset; sed Deus non potest entia rationis causare, ergo ex defectu Diuini concursus neque intellectus illud causare potest; maior, & consequentia patent ex dictis; minor admittitur in communiori sententia aduersariorum, & probari posset etiam ex suppositis; siquidem necessitas Diuini concursus ad cuiuscunque entis causalitatem fundatur in ratione primi entis; quia scilicet quod est primum in genere, seù linea entis est causa cæterorum,

quæ ſunt ſub tali linea; atqui Deus non eſt primus in linea entis rationis, ſed in linea entis realis, ſiuè entis veri; ergo ſolùm poteſt eſſe cauſa, ſiuè concauſa eorum, quæ ſub linea entis realis, ſeù veri continentur.

7 Nec diſſimilem efficaciam habet vulgatum illud argumentum, nempè; Intellectus eſt cauſa realis; ergo non poteſt entia rationis cauſare; fundatur enim in eo quod inter cauſam, & effectum dari debet aliqua proportio ſaltem in eodem ordine, ſeù in eadem linea entis; cuius ratio à priori mihi eſt. Quia cauſa, & effectus ſe habent tanquam prius, & poſterius per naturalem ordinationem diſpoſita; ſed intelligi non poteſt, duo ſe habere tanquam prius, & poſterius per naturalem ordinationem diſpoſita, ſi pertineant ad ordines inter ſe diuerſos in ratione entis, (ea enim quæ ſunt diuerſa in ratione entis, omninò inter ſe diſparata ſunt, & oppoſita, ideòque

inter

inter ſe ordinata eſſe non poſſunt) ergo cauſa, & effectus ad eandem lineam, ſeù ad eundem ordinem entis debent pertinere, quod eſt idem ac dicere, inter cauſam, & effectum dari debet proportio ſaltem in eadem linea entis.

8 Confirmari poteſt totum hoc ex eo quod ità ſe habet cauſa realis, & vera ad effectum falſum, ſicuti ſe habet cauſa bona ad effectum malum, ſed ex bono nunquam oritur aliquid ità malum, vt non conueniat cum ſua cauſa ſaltem in bonitate tranſcendentali, quæ eſt bonitas entis realis; ergo ex cauſa vera, nempè reali, nunquam oritur aliquid ità falſum, vt nō conueniat cum ſua cauſa ſaltem in veritate tranſcendentali, quæ eſt veritas entis realis. Patet hoc in Logicis, nàm præmiſſæ, quæ ſunt cauſa concluſionis ità ſe habent, vt ex veris nũquam ſequatur falſa concluſio, neque ex falſis concluſio vera. Patet in

Phy-

Physicis, etiam respectu causarum, quæ non Physica, sed metaphorica causalitate suos effectus causant, vt sunt, Potentiæ, quæ secundum plures Doctores ab anima procedunt, & Relationes, quæ secundum eosdem sunt formæ à fundamento, & termino resultantes. Patet insuper in Metaphysicis, nàm ratio generis est causa specierum, & differentiarum, atque cæterorum, quæ sub genere continentur, semper tamen in eadem linea entis. Patet inquam in omnibus omninò causis, siuè vniuocis, siuè æquiuocis, siuè propriè, siuè impropriè, & metaphoricè causantibus; hoc scilicet indispensabiliter quamcumqne causam habere, vt cum suo effectu, saltem in eadem ratione entis proportionetur; ergo id esse de essentia cuiuscumque causæ absolutè dicendum est; Nàm ex particularibus sufficientissimè enumeratis ad absolutam, & vniuersalem, atque necessariam propositi-

positionem legitima est consequentia.

9 P. Nicolaus Arnù putat se inuenisse præter intellectum humanum aliam causam realem, quæ cum suo effectu non habeat in linea entis proportionem. Docet enim qu. 2. log. art. 1. quod duplex est causa efficiens, vna quæ agit per actionem physicam, & prædicamentalem, quæ actio est cum motu, & infert aliquã mutationem in passo, vt ignis qui per calefactionem transmutat aquam, producitque in ea calorem, & hæc causa semper producit aliquod reale. Alia est causa efficiens, quæ agit per actionem grammaticalem, seù immanentem, & hæc solum connotat originem vnius ab alio, nec physicè transmutat terminum, & hæc causa non semper producit ens reale, sed sufficit quod det aliquod esse intentionale, *vt patet*, inquit, *de luce, quæ coloribus in aere dat esse intentionale, & hoc modo procedit*

dit ens rationis ab intellectu. hæc ille.

10 Sed numquid Sol facit ens rationis, quando per lucem dat coloribus tale esse intentionale ? equidem, si valeret exemplum adductum, hoc esse intentionale non esset reale, ergo esset ens rationis; nàm per dictum Autorem, & per omnes suos asseclas, ens rationis,& ens reale adæquatè diuidunt ens; ità vt, quidquid non est ens reale, necesse est vt sit ens rationis. At intollerabile est, Solem facere entia rationis dùm in nubibus per variam sui luminis refractionem, & reflexionem Iridis colores depingit. Illud tamen mihi, plurimisque sapiẽtioribus Philosophis certum est, colores in Iride, vel in collo columbæ, aut in vitro trigono, veros, realesque colores esse, nàm veram, atque realem speciem, siuè motionem causant in potentia visiua, à falso enim, vera, & realis motio, vel species causari nõ potest. Neque obstat talium colorum incon-

inconstantia, quæ per accidens est ratione subiecti, quod cito dilabitur; nàm si diutiùs eadem nubes rorida, idemque Solis aspectus perseuerarẽt, diuturniores certè essent colores in Iride; Tùm quia si talis colorum inconstantia obstaret, nullum ens sublunare esset verum, omnia enim sublunaria continuo fluxu, perpetuisque vicissitudinibus obnoxia mutantur; & homo ipse *nunquam in eodem statu permanet*, vt dicit Iob. c. 14. *nihilque datur sub Sole permanens*, vt testatur Ecclesiastes cap. 2. quod certè in ipsis coloribus quos omnes vocamus veros, & reales potiori ratione conspicitur; nàm ad quamuis luminis mutationem, variantur, ac diuersimodè in aurora, quam in meridie, vel in Solis occasu apparent; imò in tenebris nulli sunt colores, iuxta illud Æneid. 6. *& rebus nox abstulit atra colorem*, cui concinit hymnus Ecclesiasticus pro fer. 4. in laudibus. *Ca-*

ligo terræ ſcinditur, percuſſa Solis ſpiculo, rebuſque iam color redit, vultu nitentis ſideris.

11 Itaque concludendum eſt, quod licet ſit vera diuiſio in cauſam, quæ agit per actionem Phyſicam, ſiuè tranſeuntem, & in cauſam, quæ agit per actionem grammaticalem, ſeù immanentem; hinc tamen non ſequitur, quod cauſæ, quæ agunt per actionem grammaticalem, ſeù immanentem non ſemper debeant cum ſuis effectibus ſaltem in eadem ratione entis proportionari; talis namque conſequentia, nec exemplo, aut paritate, neque congruentia, aut ratione probatur.

12 Putant aliqui hæc omnia vitare, docentes; ens rationis nullam habere cauſam ſui, eoquia, inquiunt cum ens rationis ſimpliciter non ſit ens, conſequenter ſimpliciter non cauſatur, ſed veluti reſultat, & derelinquitur ab actu intellectus cogno-

ſcen-

ſcentis obiectum impoſſibile . Sed mirum eſt quam verſatilis ſit aduerſariorum doctrina; dùm enim ad prædictas anguſtias reducuntur, ſtatim ſuum ens rationis ad nihilum redigunt. Dùm verò ens rationis probant, ęquale enti reali illud conſtituut, taliterque magnificant, vt tanquam vnum ex principalioribus mẽbris diuidentibus ens vt ſic iiſdem bilancibus cum ente reali ęquilibrandum exiſtiment; imò plures auſi sũt docere, ens rationis, & ens reale omninò vniuocè ſub eadem ratione vniuerſaliſſima entis contineri; quorum exiſtimatio quam falſa ſit ex his quæ actenus dicta ſunt innoteſcit. Concedo igitur ens rationis nullam habere cauſam ſui, eoquia ſimpliciter non eſt ens, ſed purum nihil; atque ex hoc manifeſtè ſequitur ens rationis, nec pullulare, nec reſultare, nec derelinqui per aliquam intellectus operationem; nàm eſſe pullulans, ſi-

uè esse resultans, aut derelictum ipsum esse simpliciter supponunt, & cum ens rationis non habeat simpliciter esse, consequens est, vt neque habeat esse derelictum, aut resultans; hæc enim secundaria sunt, quæ præsupponunt ipsum esse simpliciter, quod est primum.

ARTICVLVS V.

Impugnantur entia rationis ex ipsorum incognoscibilitate.

QVidditas, & cognoscibilitas entis rationis æqualem habent implicantiam; vnde impugnata entium rationis quidditate, non erit difficile ipsorum cognoscibilitatem impugnare; nàm si cognoscibilitas sequitur ad esse, vt est commune assioma, talem proculdubiò entia rationis cognoscibilitatem habebunt, qualem habent quidditatem; atqui

atqui entia rationis non habent veram quidditatem, siuè verum esse, vt dictum est; ergo veram cognoscibilitatem non habent.

2 Igitur in primis sic argumentor; Cognitio sequitur ad cognoscibilitatem, sicuti productio ad producibilitatem; sed implicat verè produci, quod veram non habet producibilitatem; ergo implicat ens rationis verè cognosci, si veram non habet cognoscibilitatem. Huius argumenti efficacia euidenter patebit si consideretur, quod ens rationis (vt omnes docent) absolutè, & simpliciter non est ens, sed ad instar entis; ex quo manifestè sequitur, ens rationis non esse absolutè, & simpliciter cognitum, sed esse ad instar entis cogniti; siquidem esse cognitum, esse productum, esse amatum, & cætera prædicata huiusmodi ipsum esse præsupponunt, ideòque nequeunt maiorem firmitatem, aut veritatem habere, quam habet

habet ipſum eſſe quod præſupponũt, & in quo fundantur. Igitur, quemadmodum ſi homo haberet eſſe pictum, ſeù apparens in tela, cætera quæ de tali homine picto dicerentur eſſent etiam picta, & apparentia; ità ſi ens rationis non habet eſſe ſimpliciter, & abſolutè, ſed veluti pictum, & figuratum ad inſtar entis, conſequens ens vt nihil aliud de ipſo ſimpliciter, & abſolutè dici poſſit, ſed ſicut ipſius eſſe eſt ad inſtar entis, ità ipſius cognoſcibilitas eſt ad inſtar cognoſcibilitatis, & ipſius eſſe cognitũ ad inſtar entis cogniti, videlicet quaſi pictum in tela verborum, quibus de ente rationis, ac ſi re vera cognoſceretur, plura ab aduerſarijs, & à nobis enunciantur, & diſputantur.

2 Dices ex quorundam Scotiſtarum doctrina, intelligibilitatem, ſeù cognoſcibilitatem, aut eſſe cognitum, dupliciter conſiderari poſſe, ſcilicet vel ex parte ipſius obiecti, vel ex parte

te cognitionis, ſiquidem eſſe cognoſcibile, aut eſſe cognitum vtrumque includit, nempè obiectum, & cognitionem; ſi ergo in ente rationis eſſe cognitum accipiatur ex parte ipſius obiecti, ens rationis non habet verum eſſe cognoſcibile, nec verum eſſe cognitum, ſecùs autem ſi accipiatur ex parte cognitionis, nàm hæc vera, & realis eſt.

3 Sed contra primò, quia implicat vera, & realis cognitio de obiecto quod verè, & realiter non eſt cognitum, ſicut implicat vera, & realis productio de effectu, qui verè, & realiter non eſt productus. Contra ſecundò, quia eſſe cognitum, & eſſe obiectiuū idem formaliſſimè ſunt, ſed ens rationis habet eſſe verè obiectiuum ex parte ſui, & ſecundum ſe (nàm eſſe obiectiuum, verè, imò eſſentialiter ens rationis conſtituit) ergo ſimiliter ex parte ſui, & ex proprio cõceptu quidditatiuo habet eſſe verè cognitum.

Vel ergo dicis,quod tale esse verè cognitum est ens rationis , & sic ens rationis habet esse verè cognitum , non solum ex parte cognitionis , sed etiam ex parte sui ; ergo teneris etiam dicere , quod ens rationis verè habet ex parte sui esse simpliciter; nàm id quod verè simpliciter non est , neque potest esse verè cognitum; deficiente enim primo,deficiunt omnia secunda, vt superius diximus . Vel dicis quod tale esse verè cognitum, quod se tenet ex parte entis rationis, est ens reale , & sic etiam esse obiectiuum est ens reale cum sit idem; At , cum esse obiectiuum sit de quidditate entis rationis , iàm incidis in sententiam illorum , qui non contradistingunt ens rationis ab ente reali, docentes ens rationis esse denominationem extrinsecam cogniti , consistentem in ipsa cognitione , quæ est forma realis extrinsecè denominans quodcumque obiectum realiter cogni-

gnitum quantumuis impossibile, & chimæricum; quæ sententia optima est ex suppositione, quod impossibilia verè cognosci possent; nàm tunc haberent esse tantum obiectiuum, ac propterea essent entia rationis in strictiori significatione, non tamen ab ente reali contradistincta, quia ipsorum esse obiectiuum realem intellectus cognitionem includeret.

4 Verum talis suppositio non solum ex prædictis, sed etiam ex plurimis alijs capitibus implicat; & vt cętera minoris momenti omittam, contra eandem impossibilium cognoscibilitatem, sic iterum argumentor. Quidquid ab intellectu cognoscitur, necessariò per aliquam speciem, seù quasi speciem sui cognosci debet, vt prænotauimus ar. 1. nu. 8. sed nullum impossibile, nullumque ens rationis per aliquam speciem cognosci potest, ergo, &c. Probo min. si daretur species determinans intellectum ad cogno-

gnoſcendum ens rationis, vel eſſet ſpecies propria entis rationis, vel eſſet ſpecies entis realis; non propria, quia quidquid cognoſcitur per ſpeciem propriam præſupponitur conſtitutum ante ſpeciem ſui, tanquam cauſa propriæ ſpeciei,& conſequenter ens rationis præſupponeretur conſtitutum antequam cognoſceretur. Adde quod ineſplicabile eſt quomodò ens rationis, nullum verum eſſe habens,poſſit veram ſpeciem ſui, veramque motionem, aut determinationem intellectus cauſare. Tùm quia;vel talis ſpecies propria eſſet ens reale; vel eſſet ens rationis; non primum quia implicat ens rationis habere de proprio aliquid reale,& quod ab ente falſo oriatur verum; neque ſecundum, quia talis ſpecies non habet eſſe obiectiuum, ergo non eſſet ens rationis; implicat igitur quod ens rationis per ſpeciem propriam cognoſcatur. Sed neque per ſpeciem

entis realis ; nàm ſpecies formaliter per ſuam eſſentiam eſt repreſentatiua ſui obiecti ; & conſequenter eſſentialiter ſuum obiectum repreſentat ; igitur ſpecies entis realis non poteſt ens rationis, ſed ſolum ens reale repreſentare, ad eum modum quo ſpecies albi non poteſt repreſentare nigrum, ſed album.

5 Confirmatur ; nàm ſpecies, per quam cognoſceretur ens rationis, neque eſſet ens reale, neque ens rationis ; ergo non eſt poſſibilis. Non eſſet inquam ens reale, quia ſpecies, ſecundum omnes, eſt ipſa intelligibilitas proxima obiecti ; ergo implicat ſpecies realis entis rationis, quia intelligibilitas conſequitur ad eſſe, imò cum ipſo ente conuertitur ; Adde non eſſe aſſignabilem cauſam illius entis realis, quod ſit ſpecies entis rationis ; quidquid enim dicunt aduerſarij pro tali cauſa aſſignanda, ſiuè illuſtrationes, & irradiationes factas ab

intellectu agente, siuè eleuationes phantasmatum ad species intentionales producendas; pulchrè quidem, ac subtiliter dicunt, sed omninò gratis imperceptibilia supra imperceptibilia addentes, rem potius confundunt, quam declarant. Neque talis species esset ens rationis, tùm quia omnis species habet esse subiectiuum in intellectu, alioquin non posset intellectum informare, actuare, siuè specializare ad talem cognitionem eliciendam; ergo talis species non haberet tantùm esse obiectiuum, sed potiùs esse subiectiuum, & existens in intellectu, & consequenter non esset ens rationis. Tùm etiam quia si esset ens rationis, & haberet esse obiectiuum, vtique per aliam speciem illud esse obiectiuum haberet, & sic in infinitum procederetur, vel deueniendũ esset ad aliquod ens rationis, quod sine specie sui haberet esse obiectiuum in intellectu, quod est impossibile.

Dices

6 Dices cum aliquibus recensioribus, species albi non potest repræsentare nigrum, quia nigrum nullo modo continetur in albo; at ens rationis virtualiter continetur in ente reali; ergo species entis realis potest repræsentare ens rationis; quod si quæras, quid est ens rationis contineri virtualiter in ente reali? Respondent contineri virtualiter non esse aliud, nisi ens reale occasionem dare intellectui ad ens rationis formandum. Sed contra, quia contineri virtualiter, & occasionaliter valdè differunt inter se, siquidem homicidium v. g. continetur occasionaliter in gladio, quatenus occasione gladij multoties fit homicidium, at nemo dixit quod contineatur virtualiter. Secundò species entis realis vel semper repræsentat ens rationis, vel aliquando, si semper, ergo quotiescunque datur species entis realis repræsentaretur etiam, & fieret ens rationis; quod est falsum; si ali-
quan-

quando; cur non semper? Tertiò nullum oppositorum continetur in alio virtualiter, & præsertim in ente verò non potest virtualiter contineri falsum. Quarto, in intellectu continetur virtualiter omnis actus producibilis ab illo,& tamen per speciem representatiuam intellectus non cognoscitur eius actus; sic etiam ex specie representatiua voluntatis non cognoscitur actus voluntatis, qui in ea virtualiter continetur, alioquin Angelus naturaliter cognosceret futura libera, & secreta cordium.

7 Conantur Aduersarij vim supradictæ rationis deludere dicendo, ens rationis non indigere aliqua specie ad hoc vt cognoscatur, eo quia ens rationis non est obiectum motiuum, sed purè terminatiuum; necessitas autem specierum est pro obiectis motiuis, non pro terminatiuis.

Sed quidquid sit de hac distinctione obiecti motiui, & terminatiui, quæ

gratis propter solum ens rationis asseritur; non propterea effugiunt difficultatem; intellectus enim non indiget specie, quia obiectum est motiuum, aut terminatiuum; sed quia de se est indifferens ad hoc potius obiectum cognoscendum, quam ad aliud, vt dictum est art. 1. quæ indifferentia eadem est tàm respectu obiecti motiui, quàm respectu obiecti terminatiui; ergo in vtroque casu indiget specie, per quam talis indifferentia tollatur. Cùm igitur nulla sit possibilis species, per quam determinetur intellectus ad aliquod impossibile cognoscendum, nullum certè dabitur impossibile, aut ens rationis, quod sit ab intellectu cognoscibile.

Dices, per species entis possumus cognoscere non entia, ergo per species rei possibilis possumus cognoscere impossibilia. Item per species, quæ est accidens cognoscimus substantias, ergo etiam per speciem

rea-

realem possumus cognoscere entia rationis. Respondetur ad primum negando suppositum antecedentis; non enim cognoscimus non entia, nisi quatenus non cognoscimus entia, sic cognoscimus tenebras, quatenus non cognoscimus lucem, & cognoscimus cæcitatem quatenus non cognoscimus oculum. Ad secundum nego pro nunc consequentiam, cum enim substantia sit cognoscibilis potest cognosci per sui speciem, licet sit accidens; at impossibilia cum sint non entia nõ possunt esse cognoscibilia, ideòque implicat species impossibilium; species enim siuè sit accidens, siuè substantia est proxima rei cognoscibilitas, quæ remotam cognoscibilitatem necessariò supponit.

8 Denique vt ex ipsis Diuinis scripturis hæc eadem veritas deducatur, sic discurro. Quidquid cognoscitur per veram cognitionem ab intellectu, exprimuntur, seù repræsentantur

per

per verbum mentis obiectiuum, hoc est per ideam, seù speciem expressam mentis, vt omnes asserunt; sed nullum impossibile à parte rei potest per verbum mentis repræsentari; ergo nullum impossibile, nullumque ens rationis potest verè cognosci ab intellectu. Minor in qua videtur difficultas probatur, quia quidquid concipitur, seù representatur per verbum mentis est possibile saltem apud Deũ; sed nullum impossibile est possibile apud Deum; ergo nullum impossibile est representabile per verbum mentis. Totus discursus fundatur in hac propositione; *quidquid concipitur, seù representatur per verbum mentis est possibile apud Deum*, cuius propositionis veritas euidenter ex Sacris litteris deducitur; nàm Lucæ c. 1. Beatissimę Virgini interroganti *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Respondet Angelus Gabriel: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque, & quod*

nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei, & ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, &c. Et volens Angelus rationem reddere, quare apud Deum sunt possibilia talia miracula, nempè Virginis partus sine viri consortio, & conceptio Elisabeth in vltima senectute, adiecit hanc causalem; *quia non est impossibile apud Deum omne verbum*, quod est idem ac dicere, non est impossibile apud Deum omne quod per verbum mentis, seù ideam est representabile; sic enim exponit hunc locum doctissima schola Burgundia in metaphys. tr. 1. qu. 3. licet ad aliud propositum. Imò non aliter explicari posse euidens mihi est, nàm ly *omne verbum* nequit intelligi de verbo Diuino, alioquin prædictorum miraculorum possibilitas nimis incongruè probaretur ab Angelo, eo quia non est impossibile apud Deum Verbum Diuinum. Neque intelligi potest ly

omne

omne verbum de verbo vocali, nàm falsa esset Angelica propositio, multa enim proferuntur per verba vocalia, quæ apud Deum sunt impossibilia, vt cum dicimus hyrcoceruus, chimæra, alius Deus, &c. Remanet igitur, vt ly *omne verbum* de solo verbo mentali, seù de Idea mentis intelligatur.

9 Atque hinc puto, in bono sensu explicari posse sapientissimi Cartesij doctrinam, quam immeritò quidam recensior irridet, eò quia docet, *non posse non esse ità quæ à nobis clarè, & distinctè percipiuntur*. Nàm cum nullum impossibile sit verè cognoscibile, aut ideabile, consequens est vt quidquid à nobis verè percipitur, seu per ideam, siuè verbum mentale concipitur, verum sit, scilicet ens reale saltem possibile; Hinc etiam consonat communis modus loquendi scholasticorum, qui pro eodem sæpè vsurpant impossibile, ac non intelligibile, dùm fatentur se intelligere non posse quod

falſum, & impoſſibile iudicant. Denique hoc ipſum docere tenerentur omnes Thomiſtæ, qui iuxta ſuperius dicta art. 2. nu. 3. ex D. Thoma aſſerunt aliquid prius Deo non eſſe poſſibile nec ſecundum rem, nec ſecundum intellectum; igitur aliquid prius Deo non eſt per intellectum conceptibile, ſiuè ideabile, alioquin eſſet poſſibile ſaltem ſecundum intellectū, ſed eadem eſt ratio de quocumque alio impoſſibili; ergo nullum impoſſibile eſt cognoſcibile.

ARTICVS VI.

Impugnantur entia rationis quo ad ipſorum exiſtentiam.

QVamuis fautores entis rationis circa eius eſſentiam conueniāt, nihilominus in explicanda exiſtentia, per quam ipſum ens rationis redditur formaliter exiſtens, magna

magna inter illos est disceptatio; siquidem vt in primo articulo insinuaui, docent aliqui, ens rationis formaliter existere, antecedenter ad actualem intellectus cognitionem, per existentiam realem alicuius entis realis, quod vocant fundamentum entis rationis. Alij è contra defendunt non existere formaliter, nisi dùm actù ab intellectu consideratur, seù cognoscitur. Vtraque sententia efficacissimis nititur argumentis, ideòque potiùs ad nostrum, quam ad ipsorum propositum militant; puto enim, quod ex ipsorum inreconciliabili concertatione, nil aliud deducitur, nisi inexplicabilem esse entis rationis existentiam. Igitur

1 Dico primo. Ens rationis non existit formaliter antè actualem cognitionem intellectus per existentiã realem alicuius entis realis, siue illud sit eius fundamentum, siuè non.

Suadetur in primis hæc assertio ex

eo quod ens rationis non exiſtit realiter, ergo non exiſtit per exiſtentiam realem; antecedens eſt indubitatum, non enim ens rationis eſt à parte rei, vt exiſtat realiter. Conſequentia probatur, quia exiſtentia reddit rem formaliter exiſtentem per ſuipſius communicationem, & effectus formalis exiſtentiæ eſt ipſa exiſtentia communicata, ſicut accidit in omni alia forma; ergo exiſtentia realis reddit rem exiſtentem realiter, ad eum modum quo forma albedinis reddit rem cui communicatur formaliter albam, & quemadmodum implicat vt aliquid compleatur formaliter per albedinem, & non ſit formaliter album, ità implicat, vt ens rationis, vel quodvis aliud exiſtat per exiſtentiam realem, & non ſit realiter exiſtens. Adde quod imperceptibile omninò eſt, quomodo exiſtentia realis poſſit enti rationis communicari; numquid albedo realis enti chimærico, aut ſu-

biecto

biecto imaginario communicari potest? Si dicis non verè, sed apparenter posse communicari; iàm fateris reuera non communicari, & consequenter ens rationis non existere per existentiam realem, sed fictitiam, quæ certè esset aliud ens rationis, de quo quæri posset, an existeret per se, vel per existentiam realem antecedenter ad actualem fictionem intellectus; si per se, hoc idem dici deberet de alijs chimæris, si per existentiam realem, iàm eadem redit suprafacta difficultas; cæterum nihil per se existit nisi Deus, & nihil existit per existentiam realem, nisi realiter, hoc est à parte rei, verè, & independenter ab omni fictione existat. Sed quid dicendum de illis, qui nullatenus existentiam ab ipsa essentia distingunt? An forsè in hac sententia ens rationis per existentiam realem existere potest? Minimè quidem, imò apertius implicat aliquid habere essentiam rationis,
 & exi-

& existentiam realem, si idem omninò supponantur esse essentia, & existentia.

2 Ostenditur insuper eadem conclusio tali dilemmate. Vel ens rationis, antecedenter ad actualem cognitionem habet esse obiectiuum in intellectu, vel tale esse obiectiuum non habet. Si non, ergo antecedenter ad actualem cognitionem nec existit, neque est ens rationis, si eius definitio consideretur. Si autem dicis quod habet esse obiectiuum antecedenter ad actualem cognitionem, ergo habet esse obiectiuum, antequam obijciatur, quod implicat in terminis.

3 Scio quosdam Thomistas docere ens rationis existere quasi per duplicem existentiam, vnam propriam, & connaturalem, quæ habetur per actualem cognitionem intellectus, alteram impropriam, seù alienam, quæ est existentia realis sui fundamenti, & per hanc dicunt ens rationis formali-

maliter existere antecedenter ad actualem cognitionem. Sed contra hunc modum dicendi faciunt primo, quæ superius diximus, nullam scilicet existentiam, nullamque formam realem posse communicari enti fictitio, aut aliquo modo chimæram afficere. Deinde vel ens rationis per vnam ex prædictis existentijs ponitur extra statum possibilitatis, vel non; si ponitur, ergo superflua erit altera, si non ponitur, ergo neutra verè est existentia. Si respondeas neutram esse adæquatam, ideòque vtramque esse necessariam, gratis certè hoc finges; nàm si existentia realis adæquatè reddit ens reale existens, quare non sufficit existentia rationis, vt adæquatè per ipsam ens rationis existat? Imò si existentia realis fundamenti est adæquata pro ipso fundamento, multo melius erit adæquata pro ente rationis, supposito quod ipsi suum effectum formalem tribuere possit.

Dico

4. Dico secundò. Neque ens rationis formaliter existit per hoc, quod actualiter cognoscatur; seu vt alij dicunt, per terminationem passiuam actualis cognitionis. Probatur assumptum. In primis, quia quidquid præexistit vt intelligibile, præexistit vt ens; nam cum intelligibilitas sequatur ad ens non potest aliquid esse prius intelligibile, & postea ens, sed potius è contra, prius ens, & postea intelligibile; sed antè actualem cognitionem ens rationis præexistit in intellectu vt intelligibile; ergo ante actualem cognitionem præexistit in intellectu, vt ens, & consequenter non habetur eius existentia per hoc quod actualiter cognoscatur. Minor, in qua videtur difficultas ex eo patet, quia antè actualem cognitionem datur in intellectu species entis rationis, vt supra diximus, quæ species cum sit determinatiua potentiæ intellectiuæ ad hoc potius cognoscendum, quam

aliud, proculdubio præexiſtit antè actualem cognitionem obiecti, ſed ſpecies obiecti in intellectu reddit obiectum proximè intelligibile, vt notum eſt; ergo ens rationis per ſui ſpeciem eſt proximè intelligibile ante actualem cognitionem; ergo habet rationem entis antequam actualiter cognoſcatur, & conſequenter ex hoc capite dari deberet ens rationis antè actualem cognitionem, vt dicebat prima ſententia ſuperius impugnata.

5 Poteſt ſecundò eadem veritas probari in principijs Thomiſtarum, & aliorum, qui docent, relationem, quam dicit Deus ad creaturas, tanquam ipſarum creator, formaliter conſiſtere in ente rationis; ſic etiam relationem ſigni ad ſuum ſignificatum abſens (vt accidit in Sacramentis, quæ ſunt ſigna gratiæ) eſſe ens rationis; Imò formalem cæcitatem in oculo cæci nati eſſe per formam rationis, & ſic de alijs ſimilibus; quibus

bus suppositis, sic argumentor: Antè actualem nostram cognitionem, Deus est formaliter Creator, & consequenter dicit ordinem, seù relationem Creatoris ad creaturas; sed talis relatio Creatoris per aduersarios est ens rationis; ergo existit ens rationis antè actualem nostram cognitionem. Idem dic de Sacramentis, quæ formaliter constituuntur in ratione Sacramenti per hoc quod sint signa gratiæ independenter à nostra cognitione. Idem dic de cæcitate, quæ formaliter datur in oculo antecedenter ad quodcumque opus nostri intellectus, & sic de alijs.

6 Vt vim huius rationis effuggiant, mirum est id quod respondent. Dicunt, Deum non esse formaliter Creatorem, sed tantùm fundamentaliter, vsquedum per nostrum intellectum fingatur in Deo aliqua relatio, seù habitudo ad creaturas. Dicunt, Sacramenta non significare gratiam

formaliter, sed tantùm fundamentaliter antequam per actualem cognitionem nostri intellectus formetur in illis relatio rationis ad gratiam significatam. Dicunt, cæcitatem non esse formaliter in oculo cæci nati, vsquequo fingatur in ipso oculo aliqua forma rationis, & interim oculum cæci nati non esse formaliter cæcum, sed tantùm fundamentaliter. Verùm addunt, quod his non obstantibus; Deus ante nostram cognitionem, siuè fictionē dicitur, & est absolutè Creator, Sacramenta dicuntur absolutè signa gratiæ, & oculus cæci dicitur; & est absolutè cæcus, sed non formaliter.

7. Ne autem temerè id asserere videantur, reddunt rationem talis doctrinæ apud Lerma de ente rationis, quæst. 3. nu. 12. quia, inquiunt, ens rationis cum sit minimæ entitatis, non solum quando existit formaliter, sed etiam quando existit virtualiter,

vel-

vel fundamentaliter in suis fundamẽtis sufficit absolutè, & simpliciter denominare, ac propterea Deus dicitur simpliciter, & absolutè Creator antè considerationem nostri intellectus, quia in ipso existit fundamentaliter, & virtualiter relatio Creatoris, non autem dicitur formaliter Creator, nisi quando actualiter fingitur in Deo aliquod ens rationis, scilicet relatio rationis ad creaturas. Idem proportionaliter dicunt de relatione signi, de cæcitate, de distinctionibus rationis, & alijs.

8 Sed facilè impugnatur hæc doctrina, quæ familiarissima est apud aduersarios; & quidem Primo: quia ista virtualis continentia entis rationis in suis fundamentis prorsus inexplicabilis est; Scimus enim quid est Deum continere virtualiter creaturas, videlicet posse illas producere; nescimus autem quid est Deum continere in seipso virtualiter entia ratio-

tionis, quæ secundum eosdem aduersarios non possunt à Deo fieri. Prætereà Deus antecedenter ad nostram cognitionem, imò antequam intellectum nostrum produxisset, fuit absolutè, simpliciter, & in vltima actualitate perfectissimè Creator: quid ergo aliud deficiebat vt esset Creator etiã formaliter? certè esse formaliter tale, & esse in vltima actualitate tale, idem omninò sunt in alijs quibuscunque rebus; quare igitur non sunt idem in Deo, in Sacramentis, in cæcitate? Aduertant aduersarij, ne in reddenda ratione disparitatis, petant principium.

9 Neque ratio quam adducunt apud P. Lerma cit. est alicuius momenti; nàm gratis asserunt sufficere existentiam virtualẽ, aut fundamentalem entis rationis ad denominandum Deum simpliciter, & absolutè, atque perfectissimè Creatorem, oculum absolutè, & simpliciter cæcum, &c. Imò facile

actualem cognitionē formaliter præexistunt; sed hoc est impossibile, vt ostendimus in prima conclusione; ergo entia rationis non dantur; ex eo quod ipsorum existentia nullatenus explicari potest.

10 Tertiò, eadem conclusio probatur; quia si antecedenter, vel independenter ab actuali cognitione ens rationis non datur, vel ideò est, quia actualis cognitio constituit ipsius quidditatem, & hoc non; nàm cum cognitio sit ens reale non potest constituere ens rationis, quod supponitur ab ente reali adæquatè contradistinctum. Vel ideò est quia in actuali cognitione existentia entis rationis consistit, & sic iàm existeret ens rationis per existentiam realem cognitionis, quod ex dictis est impossibile, ergo, &c.

11 Possent ad hæc respondere aduersarij iuxta aliquorum doctrinā; ens rationis non existere antè actualem

lem cognitionem, neque independenter ab illa, non quia ipſius quidditas, aut exiſtentia in actuali cognitione conſiſtit, ſed quia totum ſuum eſſe cauſatur, ſeù prouenit ab actuali cognitione; eſt enim, inquiunt, ens rationis ille conceptus, ſeù idea, & verbum mentis, quod non habet eſſe permanens, ſed tandiù durat, quandiù durat cognitio, ex qua eo modo procedit, quo Iridis colores à Solaribus radijs cauſantur.

12 Sed falſo nititur fundamento hæc doctrina, quæ ſupponit verbum, ſeù ideam, & conceptum mentis eſſe aliquid realiter diſtinctum, & cauſatum à cognitione, quod certè nec ratione, nec experientia aliquà ſuaderi poteſt; cur enim ipſamet cognitio non poteſt eſſe qualitas per ſeipſam ab intellectu prouenienſ, & per ſeipſam repreſentans obiectum, tanquam ipſius imago, idea, & ſimilitudo expreſſa? Equidem quidditas intelle-

ctiuæ cognitionis, nec formaliter, nec virtualiter cum quidditate verbi mentalis opponitur; quare igitur non potest eadem entitas vtrumque munus, nempè cognitionis, & verbi mentalis præstare? Sed vt melius intelligatur:

13 Obijcies primò. Munus cognitionis est esse expressionem formalem obiecti, verbum autem mentale est expressio obiectiua, ergo distinguntur. Sed contra, quia verbum mentis esse expressionem obiectiuam, vel significat quod intellectus cognoscat in verbo, tanquam in medio prius cognito, obiectum quod est extra, & hoc omninò gratis asseritur, imò est contra ipsam experientiam; experimur enim nos cognoscere obiecta externa immediatè, non verò in aliquo verbo mentali, & interno prius cognito, vt accidit etiam in visione, auditione, & volitione, de quibus est eadem ratio; Vel significat quod verbum mentale complet intellectum in

esse intellectiuo talis obiecti, & hoc habetur per speciem impressam, quæ cum sit proxima obiecti intelligibilitas complet potentiam in determinata ratione intellectiui. Vel significat quod verbum mẽtis ponit obiectum intra potentiam, tanquam illius imago, & hoc totum virtualiter à specie impressa, formaliter verò ab ipsa cognitione præstatur; ad quid ergo verbum mentis à cognitione distinctum multiplicatur?

14 Obijcies secundò. Cognitio intellectiua est actio intellectualis, sed non datur actio sine termino producto, quia actio formaliter nõ est aliud nisi via ad terminum; ergo per cognitionem, quæ est actio intellectiua aliquis producitur terminus intellectualis, qui dicitur idea, seù verbum mentis, quod realiter ab ipsa intellectione distinguitur, cum nulla actio sit suipsius actio. Maior in qua videtur difficultas probatur sic. Omnis

causa,

causa, vel est efficiens, vel finalis, vel materialis, vel formalis; sed intellectus est causa, ergo cum nequeat esse causa finalis, aut materialis, aut formalis, consequens est vt sit causa efficiens; modo sic. Intellectus non efficit nisi per intellectionem; ergo intellectio est actio intellectus, nomine enim actionis intelligimus actuale exercitium causæ efficientis, & actuale exercitium intellectus, nō est aliud nisi intellectio.

15 Sed in primis falsum est non dari actionem sine termino producto, vt patet de motu locali, qui non est actio productiua, sed adductiua ad locum extrinsecum; siquidem implicatorium, & superfluum est illud vbi intrinsecum, quod ab aliquibus asseritur productum per actionem loco motiuam; vt enim egregiè probat noster Corsalius tom. 1. qu. 6. ar. 13. vnius actionis vnicus est terminus formalis, à quo scilicet specificatur,

ſed locus extrinſecus eſt terminus formalis, à quo adæquatè ſpecificatur actio loco motiua; ergo hæc nequit habere alium terminum formalem, qui videlicet ſit vbi intrinſecum; & hoc adeò verum eſt, vt etiam ſi daretur motus in vacuo, aut in ſpatijs imaginarij s, adhuc careret termino, ſeù vbi intrinſeco producto, ſpecificaretur enim à loco imaginario;ſiquidem dato motu locali in ſpatijs imaginarijs neceſſariò dari deberet tranſitus de loco ad locum, in quo tranſitu actio loco motiua formaliſſimè conſiſtit. Neque obſtat, quod talis terminus non ſit realis,quia terminus realis neceſſariò exquiritur ab actione productiua, quatenus rem educit ex nihilo ſui ad eſſe ſimpliciter, quod eſt eſſe reale, non autem exquiritur neceſſariò ab actione adductiua, cuiuſmodi eſt motus localis, qui cum non educat rem ex nihilo, eius terminus non eſt ens in quantum ens, ſed

locus

locus in quantum locus, qui in prædicta suppositione præscindit a reali, & imaginario.

16 Præterea licet communior sit opinio de distinctione reali actionis à termino producto, nunquam tamen inueni rationem aliquam efficaciter talem distinctionem suadentem; imò contrarium mihi cuntisque Nominalibus semper suasit omnis actio sensuum externorum, vt est visio, auditio, &c. & volitio, quæ est actio voluntatis; etenim actiones istæ seipsis sunt actiones simul, & effectus producti à suis potentijs. Et hoc præcipuè patet in actione creatiua, quæ vt pote creatiua est independens à subiecto; siue talis creatio consideretur actiuè, siue consideretur passiuè; nam creatio simpliciter vt creatio, siue passiuè, siue actiuè consideretur, est à subiecto independens; ex hoc enim quæcumque creatio ab eductione, seu generatione distinguitur, vt diximus

supra ar. 4. nu. 4. ergo creatio non est aliquod accidens, siue reale, siue modale, quod à substantia creata, vel à causâ creatrice, tanquam à subiecto dependeat; ergo non est aliquid ab ipso effectu distinctum. Adde, quod actio, siue actualis productio passiua (idem dic de productione actiua, quæ se tenet ex parte causæ) non est quid diuersum à productione passiua possibili, quæ est producibilitas, sicut *animal in actu idem est ac animal in potentia*, vt loquitur Arist. 9. met. sed productio passiua possibilis, quæ est producibilitas, non distinguitur ab effectu, nam quilibet effectus intrinsecè sui producibilitatem includit; ergo neque ab effectu distinguitur productio passiua actualis, quæ non est aliud à possibili productione diuersum.

17 Neque dicas 1. actionem esse realiter distinctam ab effectu, quia multoties datur effectus absque actione,

ne, nempe absque actuali productione, quæ est actio; Nam effectum actualiter produci, non est aliud nisi ipsa entitas effectus connotans tempus, seu instans antecedens, in quo non erat, vel instans præsens in quo primo est; effectum verò non esse actualiter productum, est eadem entitas effectus connotans instans antecedens, in quo fuit; & sic, secundum diuersorum instantium, siue temporum connotationes, oritur diuersitas actualis productionis à productione præterita, ad eum modum quo, me esse nunc, & me fuisse antea non differunt nisi penes diuersorum temporum connotationes.

18 Neque dicas 2. causam in actuali productione facere transitum de contradictorio in contradictorium, quatenus de non producente fit producens, & consequenter dari debere aliquam mutationem, quæ alia esse non potest, nisi per actionem. Nam

verum

verum est hoc; sed inde non sequitur, quod talis actio debeat ab effectu realiter distincta; si enim causa operatur immanenter, mutatur intrinsecè per actionem, quæ est etiam effectus, & qualitas sibi intrinsecè inhærens; si autem operatur transeunter, mutatur extrinsecè per actionem, quæ etiã est effectus extra se productus; ergo nulla causæ mutatio arguit distinctionem realem actionis ab effectu.

19 Neque dicas 3. actionem debere realiter distingui ab effectu, quia alioquin effectus per seipsum, & per suam essentiam, ideoque necessariò, & essentialiter, non contingenter produceretur. Nam sicuti ipsa actio, secundum aduersarios, per seipsam, & non per aliam actionem contingenter, non necessariò procedit; ita pariter de ipso effectu philosophari debuerant. Ratio vtriusque est, quia licet tam actio, quàm effectus sit suipsius actio, nihilominus simpliciter

non est, siue non actù existit, nisi dependenter à causa; aliud quippe est actionem, vel effectum per suam entitatem esse actionem, & aliud est per suam entitatem esse, siue actù existere; sicut aliud est hominem per suam entitatem esse rationalem, & aliud est hominem simpliciter esse, siue actù existere per suam entitatem, hæc enim valde inter se sunt diuersa, quæ aduersarios in æquiuocationem inducunt.

20 Ex eo autem quod homo non est, siue non existit per suam entitatem, neque per actionem aliquam à propria quidditate distinctam, non sequitur quod essentia hominis existat saltem per aliquam existentiam à se diuersam, quæ sit forma aliqua existendi, ac formalis terminus productionis, vt plures existimant; nam hoc idem de ipsa existentia dici posset. Haberet enim existentia (si daretur distincta) suam propriam quiddita-

ditatem, siue essentiam producibilem, & tamen nemo dixit, quod per aliam existentiam existeret; sicut ergo productio, secundum aliquos, terminatur immediatè ad quidditatem existentiæ, ita pariter ad hominis quidditatem absque alia existentia intermedia terminari potest; neque enim minorem habet potentialitatem ad essendum ipsa quidditas existentiæ, quam hominis essentia; igitur sicut quidditas potentialis existentiæ actuatur non per aliud sibi adiũctum, sed per hoc solum quod sit à sua causa, seu quod ponatur extra suam causam, ita similiter de quidditate hominis, & cuiuscunque rei producibilis discurrendum est. Nec sufficit cum aliquibus respondere, essentiam existere vt quo, & actionem fieri vt quo, siue formaliter, non verò vt quod, & materialiter; nam quomodocunque dicatur, verba sunt, quæ difficultatem non euacuant; si-

ue enim existentia, aut actio se habeant vt quo, siue se habeāt vt quod, siue formaliter, siue materialiter, illud omnino certum esse debet, neque existentiam, neque actionem esse actum purum, sed esse entia potentialia ad esse, & non esse, non minus, quam omnis creaturarum essentia; tali enim potentialitate carere, solius Dei est; æqualiter ergo omnia, quæ sub Deo sunt de potentialitate ad actum, per hoc solum quod à suis causis procedunt, nulla alia entitate interueniente, transferuntur. Igitur quando communiter dicitur, & nos quoque p. p. ar. 1. nu. 6. diximus, nullum ens creatum existere per se, sed per aliud, non est intelligendum ly *per aliud*, quasi per aliquam formam rebus producibilibus superadditam, sed *per aliud*, hoc est non per propriā sufficientiam, sed potius per alienam virtutem, nempe per virtutem causæ, quæ certe est aliquid aliud ab effectu.

Quod

21 Quod si quæras, quid ergo est causam producere, seu quid est effectum poni in actu extra causam, aut esse productum à sua causa? Vel enim (inquies) est ipsa quidditas, seu essentia v. g. hominis, vel aliquid aliud; si quidditas hominis, ergo sicut necessarium est hominem esse animal rationale, ita necessarium est hominem esse, siue produci, aut poni extra causas; si aliquid aliud, ergo aut est existentia, aut saltem actio distincta. Respondeo eandem fieri posse interrogationem, idemque argumentum de ipsa actione, & de ipsa existentia; quid scilicet est causam causare actionem, vel existentiam? seu quid est actionem, vel existentiam procedere à causa, siue poni extra causam? omnia enim hæc siue actio, siue existentia, siue essentia, siue effectus non sunt suum esse, sed dicunt secundum se potentialitatem ad esse simpliciter, siue actualiter; ergo eodem modo omnia

omnia fiunt in actu, videlicet non per aliquid aliud, tanquam per rationem formalem accidentalem sibi adiunctam; alioquin procederetur in infinitum; sed per hoc quod simpliciter vnum sit ab alio. Ad prædictam igitur interrogationem, *quid est causam producere? & quid est effectum produci à causa?* idem per idem arbitror esse respondendum, videlicet *est ipse effectus productus à causa*; ad eum modũ quo si aduersarius interrogaretur, quid est actionem procedere à causa; aliud certe respondere non posset nisi *est ipsa actio procedens à causa*; quidditas namque, seu quodquid est rerum non habet rationem essendi à se ipsa diuersam, ideo enim hoc est hoc, quia est hoc; vndè quemadmodum si quæras quid est hominem esse animal rationale? nil aliud responderi posset, nisi *hominem esse animal rationale*, vel aliquid aliud solis verbis diuersum; ita pariter, interroganti quid

est

est causam producere, aut effectum esse productum à causa? per idem, vel per synonyma fieri debet responsio; cuius ratio ex eo petitur, quia cum non sit procedendum in infinitum; oportet ad aliquod vltimum deueni-re, quod per seipsum explicatur.

12 Scio plura, & quidem non leuia argumenta in fauorem existentiæ distinctæ afferri posse, & Primo se offert illud Thomisticum; Essentia creaturæ habet esse, hoc est existere receptum in seipsa, omne autem receptum distinguitur à subiecto in quo recipitur; Maior probatur, quia existere est esse simpliciter, nullam secundum se dicens limitationem, aut differentiam limitantem; ergo existere creaturæ nulla alia ratione limitari potest, nisi ratione subiecti, hoc est ratione essentiæ, in qua recipitur, ideoque Deus habet esse illimitatum, quia nimirum esse Dei cum sit irreceptum, nec ex propria ratione

neque

neque ratione subiecti limitatur. 2. Essentia creaturæ est in potentia ad existentiam, nihil autem est in potentia ad seipsum; ergo essentia distinguitur ab existentia. 3. Solus Deus est suum esse, hoc est suum existere, ergo creaturæ per aliquid à seipsis diuersum existunt. 4. Existentia accidit creaturis, non enim habent creaturæ essentialiter existere, ergo existentia est accidens à creaturarum essentia distinctum. 5. Essentia possibilis non existit, ergo essentia possibilis dicit in se negationem existentiæ; sed eadem est essentia possibilis, ac essentia actualis; ergo essentia actualis dicit in se negationem existentiæ, quod est idem ac dicere ab existentia distinguitur. 6. Causa efficiens nequit vnire, quæ secundum se idemtificantur, ergo si essentia, & existentia identificarentur, non indigent causa efficiente vt vniantur, & consequenter nõ est necessaria productio. 7. Es-

 sen-

ſentiæ, & exiſtentiæ conueniunt prædicata contradictoria; nam exiſtentia pendet à productione, ſubſequitur diuinum decretum, eſtque contingenter in tempore; ſecus verò eſſentia, quæ eſt ingenerabilis, æterna, &c.
8. Eſſentia, & exiſtentia ſe habent tanquam potentia, & actus, ſed actus, & potentia, cum ſint duæ primæ differentiæ entis, opponuntur inter ſe, & conſequenter non poſſunt eſſe idem; ergo, &c.

23 Verum facile reſpondeo ad 1. Quod ſi exiſtentia limitatur per aduerſarios ex hoc quod ſit recepta in eſſentia tanquam in ſubiecto, à fortiori limitatur per hoc, quod cum eſſentia limitata identificatur. Verum quidem eſt, creaturam eſſe limitatam per hoc quod habet eſſe receptum, vel receptibile, non quidem in ſubiecto, nam etiam creaturarum eſſentia eſt limitata, & tamen in ſubiecto non recipitur; ſed effectiuè limitatur per

hoc

hoc quod habet esse receptum, aut receptibile ab alio, formaliter verò ex propria ratione, quæ est hæc, & non alia, seù cum exclusione alterius.

Ad 2. Dico, quod non minus essentia, quam existentia sunt in potẽtia ad essendum actù extra causas, vt supra dixi, & consequenter æqualiter extra causas ponuntur per hoc quod à suis causis producantur; essentia igitur nunquam est in potentia ad existentiam, nam eo modo quo est semper existit, nimirum si possibilis est essentia, possibiliter existit, si actualis, actualiter; sunt enim vnum & idem. Datur autem actualiter essentia, & existentia per hoc quod producatur; atque hoc propriè est simpliciter esse, siue actualiter existere; ex quo habes, quod esse productum, aut esse extra causas non diuersam quidditatem, sed eiusdem quidditatis diuersum statum importat.

Ad 3. nego consequentiam; nam

ſicuti Deus eſt ſuum exiſtere, quia per propriam quidditatem habet totam ſufficientiam ad actu exiſtendũ; ita è contra creatura non eſt ſuum exiſtere, quia per propriam quidditatem non habet talem ſufficientiam ad exiſtendum, ſed ipſam à ſuis cauſis mutuatur. Igitur ex eo quod creatura non ſit ſuum exiſtere, non ſequitur quod actu exiſtat per aliquid in ſe receptum, ſed quod non niſi dependenter ab alio actualiter exiſtat.

Ad 4. Exiſtentia actualis accidit creaturis, non quia eſt quoddam accidens ipſis ſuperadditum, alioquin ante exiſtentiam deberet præſupponi creatura exiſtens, cui accidens illud ſuperueniat, quod implicat; ſed ideo accidit creaturis, quia nõ eſt de quidditate eſſentiali creaturarum, ſufficientia ad actu exiſtendum, neque quod actualiter à ſuis cauſis producantur, ac propterea tale accidens nõ eſt prædicamentale, ſed prædicabile.

Ad

Ad 5. Essentia possibilis existit possibiliter non actualiter, & consequenter dicit in se negationem existentiæ actualis, quæ per productionem à suis causis habetur; eadem vero est essentia possibilis, ac essentia actualis, sicut etiam eadem est in vtroque statu existentia quo ad vtriusque entitatem, ideoque differt ipsarum quidditas possibilis ab actuali, non quia variant quidditatem per aliquid in se receptum, vel non receptum, sed quia variant statum per productionem. Ex eo autem quod essentia, aut existentia possibilis dicat in se negationem actualitatis, non est imaginandum, quod actualitas negata sit aliqua entitas recepta, aut receptibilis in ipsa essentia, sed est ipsa productio, seu positio rei extra causam, quæ vt superius dixi per seipsam, & non per aliquid diuersum ab ipso effectu producto explicatur.

Ad 6. Causa efficiens non vnit es-

ſicuti Deus eſt ſuum exiſtere, quia per propriam quidditatem habet totam ſufficientiam ad actu exiſtendũ; ita è contra creatura non eſt ſuum exiſtere, quia per propriam quidditatem non habet talem ſufficientiam ad exiſtendum, ſed ipſam à ſuis cauſis mutuatur. Igitur ex eo quod creatura non ſit ſuum exiſtere, non ſequitur quod actu exiſtat per aliquid in ſe receptum; ſed quod non niſi dependenter ab alio actualiter exiſtat.

Ad 4. Exiſtentia actualis accidit creaturis, non quia eſt quoddam accidens ipſis ſuperadditum, alioquin ante exiſtentiam deberet præſupponi creatura exiſtens, cui accidens illud ſuperueniat, quod implicat; ſed ideo accidit creaturis, quia nõ eſt de quidditate eſſentiali creaturarum, ſufficientia ad actu exiſtendum, neque quod actualiter à ſuis cauſis producantur, ac propterea tale accidens nõ eſt prædicamentale, ſed prædicabile.

Ad

Ad 5. Essentia possibilis existit possibiliter non actualiter, & consequenter dicit in se negationem existentiæ actualis, quæ per productionem à suis causis habetur; eadem vero est essentia possibilis, ac essentia actualis, sicut etiam eadem est in vtroque statu existentia quo ad vtriusque entitatem, ideoque differt ipsarum quidditas possibilis ab actuali, non quia variant quidditatem per aliquid in se receptum, vel non receptum, sed quia variant statum per productionem. Ex eo autem quod essentia, aut existentia possibilis dicat in se negationem actualitatis, non est imaginandum, quod actualitas negata sit aliqua entitas recepta, aut receptibilis in ipsa essentia, sed est ipsa productio, seu positio rei extra causam, quæ vt superius dixi per seipsam, & non per aliquid diuersum ab ipso effectu producto explicatur.

Ad 6. Causa efficiens non vnit es-

tiam, & existentiam, quæ certe vniri non possunt, cum sint realiter idem; sed vtramque transfert de statu possibilitatis, ad statum actualitatis per productionem, quæ ad hoc maximè necessaria est.

Ad 7. Dico quod cum essentia sit eadem, ac existentia eodem modo de vtraque discurrendum est. Itaque tam essentia, quam existentia secundum quidditatiuas rationes sunt entia necessaria, & æterna; & vtraque secundum quod actu à suis causis procedit est contingenter in tempore; nullam igitur prædicatorum oppositionem inuoluunt essentia, & existentia, solamque status variationem æqualiter habent, quatenus ante productionem erāt in puro statu possibilitatis, post productionem vero habent simpliciter esse, quod est actualiter, siue extra causas existere.

Ad 8. Sicuti eadem existentia (si daretur distincta) vt possibilis esset

poten-

potentia, & vt producta esset actus, ita de eadem essentia hoc ipsum dici debet. Itaque actus, & potentia in præsenti non importat duas differentias diuisiuas entis, sed important duos diuersos status eiusdem entitatis, *nam idem animal est in potentia, quod est in actu*, vt ex Arist. diximus. Sed iam ad nostrum propositum de verbo mentis redeamus.

24 Obijcies 3. & vltimò ad probãdum verbum mentis esse aliquid per intellectionem productum. Diuina intellectio est productiua Diuini Verbi, ergo creata intellectio etiam est productiua Verbi, cum sit participatio Diuinæ intellectionis, & Diuinæ fœcunditatis. Respondetur, Diuinã intellectionem esse productiuam Diuini Verbi non formaliter, vt intellectio est, sed quatenus identificatur cum Diuino intellectu, qui cum in se includat omnem perfectionem simpliciter simplicem in ratione intelle-

ctus, non poteſt carere fœcunditate, quam intellectus creatus habet, cum hac tamen differentia, quod à fecunditate intellectus creati oritur verbum perficiens ipſum intellectum, ideoque ſibi accidentale, eſtque ipſamet intellectualis cognitio, vt dictum eſt; à fœcunditate autem Diuini intellectus non oritur verbum accidentale (nam cum Diuinus intellectus ſecundum ſuam rationem ſit infinitè perfectus habet ſecundum ſe omnem perfectionem, nec eſt vlterius perfectibilis per aliquid ſibi extraneum, ſeu accidentale) ſed oritur verbum conſubſtantiale infinitè perfectum, ſcilicet abſorbens in ſeipſo omnem perfectionem in ratione verbi ſubſtãtialis, adeo vt non ſit poſſibile aliud verbum ſubſtantiale præter ipſum.

Sed hæc pro indiſtinctione reali intellectualis cognitionis à verbo mentali ſufficiat incidenter dixiſſe ad precludendum effugium aduerſariorum

ſuppo-

ſupponentium, vt ſupra nu. 11. ens rationis non exiſtere ante actualem cognitionem, non quia eius quidditas, aut exiſtentia in ipſa cognitione conſiſtat, ſed quia totum ſuum eſſe ab actuali cognitione, tanquam verbum mentale cauſatur. Igitur nulla cognitio cauſat aliquod verbum à ſe ipſa diſtinctum, ſed omnis cognitio creata per ſeipſam eſt expreſſio obiecti, & verbum mentis, vt hactenus probatum eſt; ideoque vel ens rationis in ipſamet reali quidditate cognitionis conſiſtit, & ſic ab ente reali non contradiſtinguitur, quod eſt noſtrum intentum; vel exiſtit per ipſam realem exiſtentiam cognitionis, & hoc implicat ex dictis in præſenti art. nu. 1. vel eſt ab actuali cognitione independens, & ſic iam poſſet exiſtere abſque eo quod actualiter cognoſcatur, vt diximus nu. 4. ſed hoc etiam eſt impoſſibile, vt oſtendimus nu. 1. & 2. ergo concludendum eſt, exi-

existentiam entis rationis contradistincti ab ente reali, non minus, quam eius essentiam, inexplicabilem esse.

ARTICVLVS VII.

Praenotantur aliqua pro argumentorum solutione,

1 NVlla melior nostræ doctrinę brobatio, quam argumentorum solutio, quæ vt facilior, ac breuior reddatur, vtque omnis æquiuocatio (qua vt plurimum aduersarij laborant) penitus amputetur, notandum duxi in primis; fœcunditatem, & facunditatem creati intellectus valdè inter se differre; nam facunditas ad locutionem pertinet, fœcunditas ad conceptionem; per facunditatem res ab intellectu enarratur, per fœcunditatem res ab intellectu concipitur, & in esse intellectiuo producitur; nam licet intellectus vnicus

sit,

ſit, nihilominus quando per ſpecies, quæ ſunt obiectorum ſemina, fœcundatur, fit fœcundus ad parturiendum, ſcilicet verbum mentale, ſiue cognitionem expreſſiuam illius rei, cuius ſpecies recepit, ex qua cognitione oritur aliquando facunditas ad ipsũmet obiectum cognitum enarrãdum, & enunciandum; aliquando verò facunditas prouenit, vel ex obiectis ab eodem intellectu prius cognitis, vel ab alio ſibi enarratis, aut reuelatis. Siquidem de obiectis reuelatis non habet intellectus ſpecies proprias, ſed ſpecies ipſarum reuelationum; vnde propriè loquendo non cognoſcit talia obiecta in ſeipſis, ſed vt in talibus reuelationibus, ſiuè enunciationibus explicatis, & contentis, quod eſt idem ac dicere de obiectis reuelatis ſolas enunciationes cognoſcit, quibus voluntas veluti cæco modo adhæret, vnde cæca fides dicitur; & quidem ipſa fides ſupernaturalis non ex

cogni-

cognitione obiectorum supernaturalium habetur, sed, cum *fides sit ex auditu*, potius procedit ex auditione propositionum supernaturalium, quibus volũtas diuinis auxilijs tum habitualibus, tum actualibus adiuta firmissimè credit, & assentitur; vnde intellectus licet talia obiecta non cognoscat, ea tamen indubitanter affirmat, sibique persuadet.

2 Hinc insuper nota. Non omne quod mentaliter, siue vocaliter enunciatur ab intellectu cognosci, sed multa enunciatiuè non obiectiuè in intellectu se habere, ac propterea latius patet intellectio, quam intellectualis cognitio; nam simplex obiecti enunciatio est quidem intellectio, cum sit actus intellectus vt facundi; non autem est cognitio, quia per ipsã non representatur obiectum intra potentiam per talem intellectionem, tanquam per imaginem ipsius obiecti, sed representatur tanquam per

obie-

obiecti enarrationem, seù enunciationem, in quo casu intellectus se habet vt facundus, non verò vt fęcundus, quia scilicet talis intellectio enunciatiua non est similitudo intentionalis, nec idea obiecti, aut verbum mentis intentionaliter conceptum, non enim procedit ab intellectu vt fœcundato per speciem impressam obiecti, conceptus enim mentis dicitur per analogiam proportionis cum conceptu ventris; vnde sicuti non potest mulier hominem in esse physico naturaliter concipere absque semine hominis; ita intellectus non potest obiectum in esse intentionali concipere absque specie, quæ est semen obiecti, solumque illud potest intentionaliter enunciare.

3 Habet, inquam, intellectus linguã suam, qua intra seipsum mentaliter loquitur, plurimasque format enunciationes intellectuales de rebus, siue à seipso cognitis, siue ab alijs enarratis,

tis, & reuelatis, de qua lingua dicebat Apostolus. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*; Angeli enim linguam corpoream non habent, sed intellectualem; Eadem lingua *dixit insipiens in corde suo non est Deus*; eademque lingua loquebatur intentionaliter Dauid cum dicebat. *Tibi dixit cor meum*, & nos quidem multoties mentaliter loquimur, oramus, discurrimus, iudicamus, absque eo quod per tales intellectuales locutiones concipiamus, seu cognoscamus obiecta de quibus loquimur, cognitione videlicet rigorosa, qua obiectum externum repraesentatur, & exprimitur, tanquam per ipsius intellectualem imaginem, & ideam. Aliud igitur est rem aliquam cognoscere, & aliud est rem intentionaliter enunciare; in primo casu, res habet esse obiectum intellectus, in secundo autem habet esse subiectum intellectualis locutionis.

4 Ne autem videar totam hanc doctrinam (quæ noua fortasse videbitur) me ipso gratis,& absque fundamento fabricasse, legatur Angelicus Doctor pluribus in locis, præsertim p. p. qu. 84. ar. 6. inc. vbi expressè dicit. *Intellectus humani, qui est coniunctus corpori proprium obiectum est quidditas, seù natura in materia corporali existens*, quam doctrinā probant omnes Thomistæ, imò ferè omnes Philosophi ex Arist. 3. de ani. Igitur quidditates extra materiam corporalem existentes, sunt extra obiectum proprium intellectus existentis in corpore; Sed certum est quod noster intellectus existens in corpore plures intellectiones elicit circa res immateriales, dum scilicet de Deo, vel de Angelis mentaliter discurrimus, & cogitamus; ergo per tales intellectiones non attingit res illas obiectiuè, seu tanquam obiecta, siue (quod idem est) per cognitionē; alioquin extra proprium, ac conna-

turale

turale obiectum cognitio intellectualis naturaliter raperetur; ergo nō ſine fundamento aſſerimus, quod intellectus pro præſenti ſtatu circa plura obiecta elicit actus intellectiuos, ſiue intellectiones, quæ non ſunt cognitiones; ideoque aliud eſſe non poſſunt, niſi talium rerum ſimplices enunciationes. Aliud igitur eſt intellectualiter aliquid dicere, ſeù enūciare, aliud eſt intellectualiter cognoſcere. Neque dicas pro ſtatu præſentis vitæ cognoſci res incorporeas, non quidem vt ſunt in ſe, ſed ad inſtar rerum corporearum. Nam aliquid cognoſci ad modum alterius non eſt ſimpliciter illud cognoſcere, ſed applicare cognitionem, & vocabula vnius ad explicandum, & enunciandum aliud, vt ſupra ar. 2. nu. 12. efficaciter probauimus contra illos, qui docent intellectum cognoſcere non ens ad modum entis.

5 Confirmatur totum hoc; quia multo-

multoties non datur locus dicendi inuisibilia cognoſci ad modum rei corporeæ, ſeù viſibilis; dum enim mentaliter formamus hanc falſam enunciationem; *datur aliquid prius Deo*, vtique non concipimus, nec aliquo modo cognoſcimus aliquid prius Deo, alioquin talis chimæra eſſet aliquid ſaltem obiectiuè in mente, & eſſet ens rationis; ſed implicat aliquid prius Deo, non ſolum re, ſed etiam ratione, vt cum D. Thoma probauimus art. 2. num. 3. ergo aliquid prius Deo, quod intellectualiter dici poteſt, nec in ſeipſo, neque ad modum alterius cognoſci, aut concipi poteſt.

6. Similiter dum mentaliter dicimus *non datur Deus*, nullus ſanæ mentis audebit affirmare ſe concipere, aut cognoſcere Deum non eſſe, imò nec inſipiens hoc imaginauit, quamuis *dixerit in corde ſuo non eſt Deus*. Siquidem nomine Dei intelligimus ens

habens omnem perfectionem in genere entis; ergo audito nomine Dei, statim, & immediatè, ac necessariò intelligimus Deum exercitè existere, quia exercitè existere est vna ex primarijs perfectionibus in genere entis.

7 Scio, hoc pro Dei existentia argumentum, pluribus Doctoribus, præcipuè Caietano, & nostro Corsalio tom. 1. metaph. qu. 4. in proœmio, non placere, quia inquiunt non valet consequentia ab esse signato, seu concepto ad esse exercitum, seu de facto; ergo licet Deus in esse signato sit, seu concipiatur id quo maius excogitari non potest, non tamen valet inferre, ergo tale ens, quod sic concipitur, datur de facto. Probant, & explicant antecedens à pari. Nam licet nomine perfecti Oratoris intelligeremus Oratorem quo maior excogitari non potest, hinc tamen non liceret inferre, quod talis orator detur de facto, ergo, &c.

Sed

Sed falſum eſt antecedens, quando in eſſe ſignato includitur implicitè, etiam eſſe exercitum, tunc enim ab eſſe ſignato ad eſſe exercitum tenet conſequentia; ad eum modum quò dum concipio hominem eſſe animal rationale, valet conſequentia, ergo homo eſt riſibilis, quia riſibilitas in rationalitate implicitè continetur; cum igitur exiſtentia exercita ſit quædam perfectio, quæ implicitè includitur in ente perfectiſſimo, hinc eſt quod audito, ſeu intellecto ente perfectiſſimo, ſtatim deducitur, ſeu intelligitur, quod detur de facto. Non ſic autem accidit quando concipitur perfectiſſimus orator, nam exiſtentia exercita non eſt perfectio in linea oratoris, ſed in linea entis; ergo implicitè includitur in eo quod eſt perfectiſſimum ens, cuiuſmodi intelligimus eſſe Deum, non autem includitur in eo quod eſt perfectiſſimum in aliqua ratione particulari, puta in

 genere

genere oratoris.

9 Confirmari poteſt totum hoc à contrario; Nam ſi fieret quæſtio, vtrum detur ens omnino imperfectũ, nullam ſcilicet dicens perfectionem in genere entis; ex iſta notione, ſeu conceptu ſignato talis entis ſtatim deduceretur, quod tale ens careret exiſtentia exercita; quia exercitè exiſtere eſt perfectio, qua neceſſariò careret illud ens de cuius conceptu quidditatiuo eſt omnem excludere perfectionem; ergo è contra, dum quærimus, vtrum Deus exercitè exiſtat; ſtatim hæc exiſtentia deducitur ex conceptu ſignato diuinæ quidditatis, cuius eſt includere omnem imaginabilem perfectionem.

10 Confirmatur adhuc, & explicatur magis; nam ſi Deus non exiſteret, poſſet excogitari aliquod ens maius Deo, nempè Deus actu exiſtens, qui proculdubio eſſet maior Deo nõ exiſtente; ergo qui cogitat Deum non

non existere, nec quidem signatè intelligit Deum esse id quo maius excogitari non potest, & cõsequenter non intelligit quid sit Deus, de quo loquitur; vel ergo nescit quid sit Deus de quo loquitur, vel intelligit Deum esse taliter existentem, vt nec quidem cogitari possit, quod non existat. Audi sapientissimum, ac sanctissimum nostrum Doctorem Anselmum in Prosolog. vbi sic ait. *Nullus intelligens id quod est Deus potest cogitare, quod Deus non est, licet hæc verba dicat in corde, aut sine vlla, aut cum aliqua externa significatione; Deus enim est id quo maius cogitari non potest, quod qui bene intelligit, vtique intelligit idipsum esse, vt nec cogitatione queat non esse; qui ergo intelligit sic esse Deum, nequit eum non esse cogitare*; Ex qua doctrina (quam latius prosequitur in lib. contra insipientem) non solum Dei existentia euidenter ostenditur, sed insuper efficaciter suadetur plura

dari posse, quæ in corde, siue in mente dicuntur, quæ tamen per intellectum cogitari, hoc est concipi, aut cognosci non possunt.

11 Quod si adhuc circa hoc plura desideras recole, quæ supra diximus per totum art. 5. & scies nullum impossibile ab intellectu esse cognoscibile, licet omne possibile, non dum vocaliter, sed mentaliter etiam sit dicibile. Concludendum propterea est, nomen intellectionis esse æquiuocum respectu cognitionis, & enunciationis mentalis, cum vtraque sit intellectio, & vtraque ab intellectu proueniat, sed valde differunt inter se; vnde quidditas cuiuscumque rei potest habere esse in intellectu dupliciter, vel enunciatiuè, vel cognoscitiuè, seu obiectiuè; enunciatiuè quidem, quãdo datur in intellectu enunciatio talis rei, explicãs enunciatiuè, quasi verbis mentalibus conceptum quidditatiuum, seù quodquid est ip-

ssus rei, cognoscitiuè autem; & obieuè tunc res est in intellectu, quando intellectio rem exprimit, non ipsam veluti verbis describendo, seu enunciando, sed eam repraesentando, tanquam ipsius idea, exemplar, ac intellectualis imago; ita vt rei quidditas per talem intellectionem, tanquam per intentionale speculum cognoscatur.

12 Vna hic superest difficultas, videlicet, quod tradita doctrina videatur esse contra communem acceptionem philosophorum, qui semper pro eodem vsurpant intelligere, cognoscere, ac concipere. Similiter contra communem illam distinctionem cognitionis in cognitionem intuitiuam, & abstractiuam; nam supposita tali doctrina, nulla daretur abstractiua cognitio.

13 Sed multa sunt, quae in communi vsu loquendi pro eodem accipiuntur, quae tamen, quando vrget neces-

ſitas ea accipiendi in propria, & rigoroſa ſignificatione; valde inter ſe diuerſa inueniuntur; cum igitur ex dictis ſatis pateat, non omne quod intelligitur concipi, ſeù cognoſci, hinc mirum non eſt, ſi à vulgari acceptione recedentes, dicimus quod intelligere conuenit omnibus actibus intellectus, concipere autem propriè verificatur de illa intellectione, quæ ab intellectu vt fœcundato per ſpeciem obiecti veluti parit obiectum ipſum in eſſe intentionali. Percipere verò propriè dicitur de hac eadem intellectione exprimente obiectum, quatenus intellectus per hanc intellectionem percipit, hoc eſt recipit, & poſſidet in ſeipſo obiectum, atque hæc perceptio dicitur etiam cognitio, quia ſecundum Philoſophum per cognitionem obiectum eſt in cognoſcēte; vnde cognitio, & perceptio idem formaliſſimè ſunt; atqui non omnis intellectio eſt perceptio, quia non omnis

omnis intellectio ponit obiectum intra intellectum, vt dictum est; ergo in rigore loquendo non omnis intellectio est cognitio.

14 Circa cognitionem abstractiuã, & intuitiuam plura dici possent, quæ non sunt ad præsens intentum conducentia; sufficiat tamen dicere cum nostro Corsalio tom. 2. metaph. qu. 7. art. 15. nu. 4. quod cognitio abstractiua attingit suum obiectum abstrahendo ab eius existentia, saltem vt exercita in re; cognitio verò intuitiua est illa per quam attingitur obiectum vsque ad existentiam, vt exercitam in re. Si ergo cognitio abstrahens ab existentia obiecti est perceptiua, seu representatiua sui obiecti modo explicato, erit vera cognitio, licet abstractiua; secus verò si perceptiua non erit, nam tunc non cognitio, sed intellectio abstractiua meo iudicio, ac propriè loquendo vocari deberet. Cæterum in communi vsu

loquen-

loquendi, à communi acceptione non est recedendum, sed dum specialiter de ente rationis loquimur maxima vrget necessitas, vt ad tollendas æquiuocationes in strictissima significatione talia vocabula intelligantur.

15 Quod si, prædictis non obstantibus, adhuc vis contendere omnem intellectionem esse cognitionem, possum etiam & hoc tibi gratis concedere, dummodo tu mihi concedas, non omnem cognitionem esse obiectiuam, sed multoties esse purè enunciatiuam, quatenus per ipsam non cognoscitur res vt est in se, sed vt in tali cognitione enunciatiua, quasi verbaliter tantùm explicata; in quo sensu obiectum talis cognitionis non est res ipsa directè cognita secundum se, sed potius est ipsius rei mentalis enarratio, & enunciatio, quæ per ipsammet cognitionem enunciatiuã, veluti exercitè cognoscitur.

ARTICVLVS VIII.

Satisfit argumentis contrarijs pro ente rationis in communi.

SVppositis, ac bene consideratis, quæ in præcedenti articulo prænotauimus, facile erit omnia argumenta aduersantia diluere, omnesque æquiuocationes, quæ passim in hac materia accidunt breuiter aperire, & dissoluere.

1 Obijcies primò. Quidquid negatur cognoscitur, sed ens rationis à nobis negatur, ergo à nobis cognoscitur; antecedens est certum, non enim rectè negatur, aut affirmatur quod non cognoscitur. Consequentia est euidens; si ergo ens rationis cognoscitur, necessariò erit ens, nam cognoscibilitas sequitur ad rationem entis, vt nos diximus, & non potest intellectus cognoscere aliquid, nisi sub ra-

tione

e entis.

Ad hoc argumentum, in quo nimis confidunt aduersarij, facilis est responsio ex dictis ar. præcedenti, negando in primis maiorem; multa enim à nobis negantur, quæ à nobis per cognitionem propriè dictam non cognoscuntur. Secundò responderi ad huc poteſt, tranſeat maior, & concessa minori, diſting. conſ. ergo à nobis cognoſcitur ens rationis in ſe, nego; vt contentum, & explicatum per enunciationem ipſum negantem, concedo; at in hoc ſenſu non cognoſcitur ens rationis, ſed potius ens reale, nempe propoſitio enunciatiua entis rationis, quod non cognoſcimus.

2 Dices: Qui negat ens rationis nō negat purum nihil; ergo ens rationis negatum eſt aliquod poſitiuum; probo antecedens, quia negare purum nihil eſt negare negationem, ſiquidem purum nihil eſt negatio; at negare negationem non eſt negare, ſed

affir-

affirmare; ergo qui negat ens rationon negat purum nihil. Respondetur concedendo totum; ex quo non infertur, nisi dari entia rationis negata reduplicatiuè vt negata, quod est idem ac dari negationem entis rationis, hoc est entia rationis non dari.

3 Obijcies secundò. Dum profero istas voces, *Hircoceruus*, *Chimæra*, intellectus per illas aliquid præter voces cognoscit, sed hoc non est ens reale; ergo est aliquod ens non reale, nempe ens rationis; minor patet; nam per tales voces nequit intellectus aliquod reale cognoscere, alioquin significatum chimæræ esset producibile. Maior probatur, nam si nihil cognoscit mens nostra per tales voces, non posset formare iudicium de possibilitate, vel impossibilitate chimæræ; siquidem ipsa vox, seù dictio, *Chimæra*, est proculdubio possibilis, imò actualis; ergo si audita tali voce, intellectus per actum iudicij af-

firmat

firmat esse impossibilem Chimæram, aliquid certè per ipsam vocem, imo præter ipsam vocem cognoscit.

Respondetur negando maiorem, ad cuius probationem nego antecedens; nam ex eo quod intellectus per tales voces non cognoscat aliud, nisi voces, potius intelligit, & per actum iudicij enunciatiui affirmat significatum illarum vocum non esse cognitum, imò tales voces nihil significare, neque enim in tali casu affirmat intellectus esse impossibilem vocem, quam cognoscit, sed dicit esse impossibile vocis significatum, quod non cognoscit.

4 Obijcies tertiò. Enunciabilitas, seù dicibilitas etiam sequitur rationem entis, non enim enunciari, aut dici potest, nisi aliquid sit quod enunciatur; sed per talem enunciationem absolutè, & simpliciter enunciatur Chimæra, vel Hircoceruus; ergo etiā Chimæra, & alia impossibilia habent

aliquam rationem entis, non realis ergo rationis.

Respondetur falsam esse primam propositionem; notum quippe omnibus est, plures fieri enunciationes de puro nihilo, imo sæpe inuenies apud Concionatores, & Academicos, de Nihilo ornatissimas descriptiones; adhoc enim non requiritur, vt Nihil sit aliquid, vel quod sit ens, sed sufficit quod in quibuscumque enunciationibus, vel propositionibus habeat rationem subiecti, vt nimirum de ipso nihilo plura enunciari, aut disputari possint. Sic pariter dicendum est de Chimeris, & quibuscunque impossibilibus, quæ à puro nihilo solis vocabulis differunt. Concessa igitur minori, negatur consequentia, quia enunciabilitas non est passio entis; cum sit communis nihilo, sed cognoscibilitas est passio entis, cum nullatenus conueniat nihilo, & fundatur in ratione veri, quod est attributum

entis,

entis, vt probant Metaph. Tum quia, cognoſcere nihil, eſt abſolutè non cognoſcere; at vero dicere, vel enunciare Nihil, non eſt abſolutè non dicere; nam dum dicis *nihil* ipſum abſolutè dicis, & enuncias. Id ergo quod abſolutè non eſt, enunciari poteſt, & eſſe propoſitionis ſubiectum, at repreſentari per ſpeciem non poteſt, nec eſſe alicuius cognitionis obiectum, vt diximus. Reſponderi adhuc poſſet concedendo maiorem, & minorem; ad conſequentiam dico, quod Chimæra, & impoſſibilia vt enunciata, imo ipſum nihil vt enunciatum habent rationem entis realis, ſunt enim voces, & vocabula, quæ realiſſima ſunt.

5 Obijcies quartò. Conceptus quem habemus de ente rationis non eſt purum nihil, alioquin ens rationis in ſuo conceptu formali diceret carentiam ſui; ergo eſt aliquid diſtinctum à puro nihilo. Reſpondetur

ens

ens rationis vt contradiſtinctum ab ente reali (de quo hic diſputamus) eſſe purum nihil, nullum enim datur ens, quod non ſit reale, vt oſtendimus art. 2. & conſequenter purum nihil eſt, imò dicit negationem cuiuſcumque entis quidquid ens reale non eſt.

6 Obijcies quintò. Ens rationis intelligitur illud, quod non eſt ens, ſed cognitum ad modum entis; atqui poteſt dari non ens cognitum ad modum entis; ergo dari poteſt ens rationis. Minor prob. quia dari poteſt inuiſibile cognitum ad modum rei viſibilis, vt omnes aſſerunt, docentes, entia ſpiritualia cognoſci à nobis ad modum, & ad inſtar rerum corporearum; ergo ſimiliter poteſt cognoſci non eſt ens ad modum entis.

Reſpond. diſtinguo min. enunciatiuè concedo, obiectiuè nego; & ſic ſimiliter diſtinguo conſequens, &c. Cognoſcere autem enunciatiuè non ens ad modum entis, non eſt aliud niſi

cognoſcere terminos reales, ipſorumque ſignificata realia, quæ à nobis applicantur ad ſignificandum non ens, vt latè explicauimus art. 2. nu. 11. & 12. ſic pariter dicendum eſt de rebus inuiſibilibus, quæ ad inſtar rerum viſibilium cognoſci dicuntur, talia ſcilicet entia propriè loquendo ſecundum ſe non cognoſci obiectiuè, ſed cognoſci enunciatiuè, quatenus cognoſcimus vocabula, ac ipſorum ſignificationes ſenſibiles, quas ad explicandas, & enunciandas inuiſibiles quidditates mentaliter, ſiue vocaliter applicamus. Videatur omnino locus citatus. Reſponderi etiam poſſet ad idem argumentum, negando maiorem, ad cuius probationem tranſeat antecedens, & neg. conſequentiã; Diſparitas eſt, quia vnum eſſe cognitũ ad inſtar alterius, ipſum eſſe ſupponit, at eſſe cognitũ ad iſtar entis non ſupponit aliquod eſſe in nõ ente; ergo implicat nõ ens cognoſci ad in-
ſtar,

ftar entis;quæ ratio nõ militat,quãdo inuisibile cognoscitur ad instar rei visibilis, nam inuisibile esse cognitum ad instar rei visibilis ipsam rem inuisibilem supponit.

7 Obijcies sextò. Dum dico *Hircus est Ceruus*, aliquod ens falsum dico, sed talia verba non sunt falsa, ergo aliquod ens præter verba dico; atqui hoc ens quod præter verba dico non est ens reale, nam sic verum ens dicerem; ergo dico aliquod ens rationis; dantur ergo entia rationis.

Resp. concedo totum præter vltimam consequentiam, nam iuxta superius notata, ens rationis non fit, neque datur per hoc quod dicatur, aut per hoc quod vocabulis significetur, sed per hoc quod ab intellectu cognoscatur, seu concipiatur; Atque hinc distingui etiam potest vltimum consequens; ergo dantur entia rationis dicta, concedo, dantur entia rationis cognita, nego; ex eo enim

quod aliquid ſit dictum, aut ſignificatum per verba, non ſequitur quod ſit cognitum, vt art. præcedenti demonſtrauimus.

8 Inſtabis, ens rationis per talia verba habet eſſe dictum; ergo habet eſſe rationis ſimpliciter; nam eſſe dictum, aut eſſe ſignificatum, cum ſint prædicata ſecundaria ipſum eſſe ſimpliciter ſupponunt, in quo fundantur; vnde ſicut non poteſt dari aliquod eſſe reale dictum, niſi detur eſſe reale ſimpliciter; ita pariter dari non poteſt ens rationis dictum, niſi detur ens rationis ſimpliciter.

Reſp. neg. conſ. quia hoc eſt de quidditate entis rationis, & cuiuſcũque impoſſibilis, & non entium, poſſe nimirum dici abſque fundamento alicuius entitatis; comparantur enim puriſſimo nihilo, quod dici quidem poteſt, & habere eſſe dictum, non vero eſſe ſimpliciter, nec rationis, nec realis. Præterea, habere eſſe dictum

non

non de ente rationis, ſed de nomine entis rationis verificatur; nomen autem entis rationis aliquid reale eſt.

9 Obijcies ſeptimò. Exprimitur potentiam cognoſcitiuam ex ſpeciebus prius conceptis poſſe aliam ſpeciem formare. V.G. ex ſpeciebus mõtis, & auri, format ſpeciem montis aurei; ergo ſic etiam accidere poteſt in cognitione, ſeù imaginatione Hircocerui, & cuiuſcumque impoſſibilis, & conſequenter poteſt intellectus apprehendere, ſeù formare ens rationis, quatenus ex ſpeciebus prius habitis Hirci, & Cerui, poteſt formare tertiam ſpeciem repreſentantem Hircoceruum.

Reſpond. neg. conſ. quia mons aureus ſimpliciter eſt ens verum, ſaltem poſſibile, atque ideo eſt ſimpliciter cognoſcibile, quia cognoſcibilitas ſequitur rationem entis veri, vt ſæpius dictum eſt; ex quo neceſſariò ſequitur, quod ſit poſſibilis eius ſpecies in-

quod aliquid sit dictum, aut significatum per verba, non sequitur quod sit cognitum, vt art. præcedenti demonstrauimus.

8 Instabis, ens rationis per talia verba habet esse dictum; ergo habet esse rationis simpliciter; nam esse dictum, aut esse significatum, cum sint prædicata secundaria ipsum esse simpliciter supponunt, in quo fundantur; vnde sicut non potest dari aliquod esse reale dictum; nisi detur esse reale simpliciter; ita pariter dari non potest ens rationis dictum, nisi detur ens rationis simpliciter.

Resp. neg. cons. quia hoc est de quidditate entis rationis, & cuiuscũque impossibilis, & non entium, posse nimirum dici absque fundamento alicuius entitatis; comparantur enim purissimo nihilo, quod dici quidem potest, & habere esse dictum, non vero esse simpliciter, nec rationis, nec realis. Præterea, habere esse dictum

non

non de ente rationis, ſed de nomine entis rationis verificatur; nomen autem entis rationis aliquid reale eſt.

9 Obijcies ſeptimò. Exprimitur potentiam cognoſcitiuam ex ſpeciebus prius conceptis poſſe aliam ſpeciem formare. V.G. ex ſpeciebus mõtis, & auri, format ſpeciem montis aurei; ergo ſic etiam accidere poteſt in cognitione, ſeù imaginatione Hircocerui, & cuiuſcumque impoſſibilis, & conſequenter poteſt intellectus apprehendere, ſeù formare ens rationis, quatenus ex ſpeciebus prius habitis Hirci, & Cerui, poteſt formare tertiam ſpeciem repreſentantem Hircoceruum.

Reſpond. neg. conſ. quia mons aureus ſimpliciter eſt ens verum, ſaltem poſſibile, atque ideo eſt ſimpliciter cognoſcibile, quia cognoſcibilitas ſequitur rationem entis veri, vt ſæpius dictum eſt; ex quo neceſſariò ſequitur, quod ſit poſſibilis eius ſpecies in-

telligibilis, quæ est proxima intelligibilitas, seu cognoscibilitas cuiuscũque entis simpliciter cognoscibilis; ergo mirum non est si ad talem speciem producendam possunt partialiter concurrere species montis, & species auri. At verò Hircoceruus simpliciter non est ens, ideoque simpliciter non est intelligibile, seu cognoscibile, & consequenter implicat eius proxima intelligibilitas, nempe ipsius species, quia proxima intelligibilitas necessariò præsupponit intelligibilitatem, seu cognoscibilitatem remotam, quæ in ratione entis veri fundatur. quantumuis ergo species Hirci, & species Cerui simul in intellectu concurrant, nunquam tamen aliquam speciẽ Hircocerui poterũt efformare.

10 Obijcies octauò. Datur à parte rei realis negatio chimæræ, sed ista negatio negat aliquod ens positiuum, non enim negat nihil, quia nihil est negatio, & negatio negationis non est

est negatio, sed affirmatio; ergo dari debet aliquod ens positiuum negatũ per negationem chimæræ, sed hoc ens positiuum non est chimæra realis, nam hæc negatur; ergo est chimæra rationis; dantur ergo entia rationis.

11 Sed hoc argumentum quod maximæ existimationis est apud aduersarios efficaciter retorqueri potest cõtra ipsos, tali discursu. Negatio chimæræ per te est ens reale; ergo datur à parte rei, omnino independenter ab intellectu; ita vt etiam si intellectus implicaret, talis negatio daretur (hoc enim est de conceptu entis realis) ergo, etiam si implicaret intellectus, chimæra negata esset ens positiuum. Prob. hanc conseq. quia si, implicante intellectu, chimæra negata non esset ens positiuum, vtique esset ens negatiuum, & consequenter, implicante intellectu, negatio chimeræ negaret negationem, ideoque non esset negatio, sed ens positiuum; si

ergo, implicante intellectu, daretur negatio chimæræ, consequens est vt, implicante intellectu, chimæra negata esset ens positiuum. Modo sic argumentor; Sed id quod esset ens positiuum, etiam implicante intellectu, non habet quidditatem ab intellectu dependentem, vt de se patet; ergo chimæra negata non habet quidditatem dependētem ab intellectu, quod proprijssimè est habere esse reale. Itaque, datis negationibus realibus, tantum abest quod dentur entia rationis negata, vt potiùs inde sequatur omnia entia per tales negationes negata, esse entia positiua realia; Cum autem ex alio capite implicet in terminis, chimæras, aliaque impossibilia, quæ à parte rei negantur esse entia positiua realia, implicabit certè dari à parte rei istas negationes reales, vt pluribus 2. p. art. 5. specialiter ostendemus; interim sufficiat ostendisse in prædicto argumento fal-

ſum eſſe debere etiam apud ipſos aduerſarios antecedens.

12 Obijcies nonò. Cognoſcimus per lumen fidei, imò per naturalem diſcurſum, non dari alium Deum; ſed iſta cognititio non terminatur per ſe ad negationem alterius Dei, quia negatio per ſe non eſt cognoſcibilis cum non ſit ens, vt ſuo loco probabimus; ergo talis cognitio terminatur ad alium Deum, qui negatur, & reſpectu huius cognitionis alius Deus habet eſſe obiectiuum; atqui non habet aliud eſſe præter hoc; ergo habet tantum eſſe obiectiuum, quod eſt eſſe rationis.

Reſp. neg. conſ. nam per actum fidei, vel per naturalem diſcurſum, nec cognoſcimus negationem, neque alium Deum, ſed vtrumque attingimus per actum enunciatiuum; quatenus credimus, & ſcimus vnum eſſe Deum, & ex hoc enunciamus, ſeu dicimus, ſiue vocaliter, ſiue intellectualiter;

liter; non datur alius Deus.

13 Obijcies decimò. Dari non potest secunda operatio intellectus, nempè actus iudicij, nisi detur apprehensio rei iudicandæ; sed circa chimeras, & entia rationis plures fiunt actus iudicij, siue negando, siue affirmando; ergo de ipsis dari debet apprehensio, quæ proculdubio est cognitio.

Resp. sufficere ad actum iudicij si præcedat sola apprehensio terminorum, vt patet in hac propositione. *Bilctri non significat aliquid existens à parte rei*, quæ propositio est actus iudicij negatiui supponens solam apprehēsionem dictionis, *Bilctri*, absque apprehensione alicuius rei significatæ per ipsam.

14 Obijcies vndecimò. Voluntas nō fertur, nisi in rem cognitam, sed dantur plures actus voluntatis circa impossibilia; ergo dari debent circa eadem impossibilia actus cognitionis,

per

per quam talia obiecta habeant esse obiectiuum. Maior videtur manifesta. Minor euidenter patet in erroribus Gentilium, qui innumeras Deitates impossibiles amabant, colebãt, venerabantur; quod certè absque actu voluntatis facere non potuerunt.

Resp. negando maiorem, si sermo sit de cognitione obiectiua, & in rigorosa significatione accepta; adhoc enim vt voluntas amet, seu feratur circa aliquid, non oportet vt illud ab intellectu cognoscatur, sed sufficit si per actum enunciatiuum intentionalem proponatur ab intellectu amabile, vel adorabile; imò hoc est proprium voluntatis, quæ est potentia cæca, amare scilicet, vel odio habere, quod ipsi more cæcorum per intellectualem locutionem proponitur amãdum, vel odio habendum; atque ita se habuerunt Gentiles, quorum intellectus erroribus imbutus, errores loquebatur, & enunciabat circa impossibiles

ſibiles Deitates, quæ nullum aliud eſſe habebant, niſi ſolas voces,& enũciationes, & conſequenter ipſorum voluntas nil aliud in tot Deitatibus, niſi ſolas voces amabat. Hinc diſtinguenda eſt minor eiuſdem argumenti; dantur plures actus voluntatis circa impoſſibilia cognita nego, circa impoſſibilia enunciata, ſiue ab intellectu propoſita concedo min. & ſic neg. conſ. de actibus cognitionis propriè dictis, quamuis concedatur de actibus intellectualibus enunciatiuis.

15 Obijcies duodecimò. Nil certius apud homines, quam dari finctiones, & figmenta; hinc tot fabulæ, tot comediæ, tot ſpectacula; imò ad ciuilem vitam, tam neceſſaria exiſtimatur finctio, vt receptiſſimum apud omnes ſit adagium illud; *qui neſcit fingere, neſcit viuere*; negari ergo non poteſt, multa nos fingere, quæ re vera non ſunt, ideoque multa fiunt ab humano intellectu entia ficti-

ficitia; ergo dantur entia rationis.

Respondeo negando vltimam consequentiam. Dantur quidem finctiones rerum possibilium, & hoc de fide etiam certum est; nam Christus Dominus post Resurrectionem, apparens Discipulis, *finxit longius ire*; fictio autem de re possibili habet obiectum reale, rem scilicet aliquam, licet non actualem; ideoque res possibilis ficta habere potest esse cognitum, seu obiectiuum in intellectu; Secus vero impossibilia, quæ si fingantur, solum enunciatiuè finguntur, vt accidit in Theatris, vbi falsæ Deitates, verbis tantum fingi, & representari solent, cum sint prorsus incognoscibiles; quæ quidem doctrina, præter ea quæ supra diximus, ipsa etiam experientia comprobatur. Dum enim fingimus rem possibilem, puta montem aureum, taliter representatur in nostro intellectu mons aureus; vt ipsum, veluti oculis mentis,

tis, intueamur; at nullum cuiusuis ingenij acumen eo peruenit, vt identitatem Hirci, & Cerui, aliarumque chimærarum impossibiles quidditates, mentalibus oculis se aspexisse, aut contemplasse glorietur.



BELLEROPHON *METAPHYSICVS*, SIVE CONTRA ENTIA RATIONIS OPVSCVLVM,

PARS SECVNDA

De ente rationis in particulari.

LIcet quodcumque ens rationis in particulari ex ijs, quæ hactenus in priori quæstione dicta sunt sufficiẽter confutari possit, quatenus argumenta omnia, quibus ens rationis in communi refutauimus, contra particularia entia rationis æqualiter militant; ex eo enim præcisè, quod implicat primum, seu commune in aliqua linea, omnia secunda, seu particularia in eadem linea contenta necesse est implicare; nihilominus, quia speciales difficultates, & quidem scitu dignas continet vniuscuiusque entis rationis consideratio; ideo hanc poste-

posteriorem de ente rationis in particulari subnectimus quæstionem, in qua quid subsistentiæ vnumquodque ens rationis habeat medullitus perscrutabimus.

ARTICVLVS I.

De ente rationis diminuto.

§ SCotus in 4. dist. 1. qu. 2. inter entia rationis numerat quoddam ens diminutum his verbis; *Ens diminutum vniuersaliter est ens rationis*; & in 1. dist. 36. qu. 1. vocat diminutum illud esse cognitum, aut volitum, quod creaturæ ab æterno acceperunt per Dei cognitionem; hoc autem sic explicant Scotistæ: Esse cognitum, seu repræsentatum, aut volitum dupliciter accipi potest, vel actiuè, vel passiuè, actiuè dicit ipsam cognitionem, aut volitionem, & sic est ens reale; passiuè autem, non dicit ipsam

ipsam cognitionem, sed est aliquid se tenens ex parte obiecti; atqui esse cognitum (idem dic de esse volito) quod se tenet ex parte obiecti, debet esse minus ens, quam illud, quod repræsentatur, seu cognoscitur; ergo esse cognitum, quod se tenet ex parte obiecti est ens diminutum; Minorem explicant, & probant ex eodem Scoto loco proximè citato; Si Cæsar, inquiunt, fuisset totaliter annihilatus nullum esse Cæsaris daretur, idest nec esse essentiæ, neque esse existentiæ, quod si in tali casu daretur Cæsaris statua, tunc, proculdubio, daretur esse repræsentatum Cæsaris, quod esse repræsentatum esset minus ens, quam essentia, & existentia annihilata Cæsaris, ergo esse repræsentatum, siue cognitum passiuè est ens diminutum ab esse quidditatiuo rei cognitæ, & est ipsa res cognita non simpliciter, sed secundum quid, hoc est in esse diminuto.

2. Confirmant aliqui totum hoc tali argumento; quia creatura ab æterno fecit transitum de contradictorio in contradictorium, nam ante decretum efficax Diuinæ voluntatis non erat volita, post decretum verò fuit volita; item ante decretum non erat cognita, saltem vt futura, postea vero fuit cognita vt futura; sed huiusmodi transitus de contradictorio in contradictorium fieri non potuit absque aliqua mutatione, non quidem ex parte Dei, vt patet; ergo facta est mutatio ex parte creaturæ; sed ab æterno nulla fuit creatura secundum esse simpliciter, seu quo ad ipsius essentiam, & existentiam realem, ergo fuit creatura quo ad esse secundum quid, quod dicitur ens diminutum; quatenus in ratione entis est quid minus, quam ens simpliciter. Cum vero ens simpliciter sit ens reale, consequens est, vt id, quod non est ens simpliciter; imo ab ente simplici-

pliciter diminutum, ſit ens rationis. Tum quia, ſi tale ens diminutum eſſet reale, vtique ab æterno per realem productionem, vel ſaltem per realem reſultantiam fieri debuiſſet; ſed non potuiſſet produci, aut reſultare à quidditate obiecti, quæ non fuit ab æterno, neque à Diuina cognitione, quæ per Scotiſtas æqualiter attingit poſſibilia, ac impoſſibilia; vnde ſicuti ex cognitione impoſſibilium non reſultat, nec producitur ens diminutum reale, ita neque per cognitionem poſſibilium ens diminutum reale potuit reſultare; igitur dicendum eſt, ens diminutum vniuerſaliter eſſe ens rationis per cognitionem tam poſſibilium, quam impoſſibilium reſultans. Atque hoc eſt primum eſſe, quod habent creaturæ ſecundum formale eſſe ipſarum in Deo; non quidem ſubiectiuè, ſed obiectiuè, iuxta illud Ioan. quod factum eſt in ipſo vita erat.

3 Hanc eamdem doctrinam ad voluntatem, & intellectum, etiam creatum, imo ad omnes potentias vitales, tum rationales, tum sensitiuas extendunt; docentes non solum intellectum, aut voluntatem Diuinam, & creatam, sed etiam sensus internos, & externos suis modis entia diminuta causare. Cuius doctrinæ specialem rationem reddunt, quia obiectum, seu quidditas rei, quæ per tales potentias attingitur, accipit de nouo esse volitum, imaginatum, visum, auditum, &c. sed tale esse non consistit in ipsa quidditate rei, quæ videtur, vel auditur, &c. nam hæc semper est eadem; neque consistit in ipso actu potentiæ rationalis, aut sensitiuæ; nam talis actus non est esse cognitum, aut volitum passiuè de quo loquimur, sed se habet actiuè ex parte potentiæ cognoscentis, volentis, videntis, &c. ergo est aliquod ens diuersum, imò diminutũ ab ente quod cognoscitur,

aut videtur, & à cognitione, aut visione, per quam actiuè causatur. Cõfirmant totum hoc, quia omnis actus vitalis est actus operatiuus circa obiectum, ad quod terminatur, sed non operatur aliquid reale in obiecto, quia actus vitalis non est realiter productiuus, ergo operatur aliquid rationis, ad eum quasi modum, quo per terminationem sigilli ad ceram producitur in cera aliquod esse veluti diminutum, quod non est cera, neque sigillum, sed imago sigilli; igitur potentiæ vitales, etiam sensitiuæ, causant entia diminuta, quæ entia rationis dicuntur, saltem in latiori significatione, quatenus ad modum entis rationis (quod scilicet ab intellectu fit) producuntur.

4 Differunt autem apud Scotistas ens diminutum per Diuinam cognitionem, aut volitionem causatum, & ens diminutum causatum per potentias creatas; quia ens diminutum v.g.

 esse

esse cognitum causatum ab intellectu creato est extra quidditatem rei cognitæ, quam præsupponit, & cui aduenit; at esse cognitum causatum ab æterno à Deo in creaturis, est quid intrinsecum creaturis, tanquam primum esse ipsarum, non enim habent creaturæ aliquod esse ante Diuinam cognitionem, siue scientiam simplicis intelligentiæ, quæ etiam vocari solet scientia metaphysica, sed per ipsam scientiam, siue cognitionem primum, ac formale esse accipiunt. Siquidem dici non potest, quod ante Diuinam cognitionem creaturæ sint in Deo, tanquam in causa; quia creaturæ sic consideratæ non sunt secundum esse formale creaturæ, ad eum modum, quo calor virtualiter in Sole tanquā in causa, non est aliud nisi ipse Sol vt potens producere calorem. Neque valet dicere quod ante Diuinam cognitionem creaturæ habent esse possibile, nam hoc nihil aliud est, nisi possi-

possibilitas logica, seu non repugnantia terminorum, quæ potius dicit negationem, quam esse formale positiuum creaturæ; igitur esse cognitum, quod per Diuinam cognitionem ab æterno habent creaturæ est primum esse formale ipsarum, & est ens Diuinæ rationis, super quod fundatur esse possibile, quatenus est aliquod primũ esse creaturæ positiuum, quod negationem repugnantiæ, siue non repugnantiam importat; hæc enim negatio repugnantiæ, quam dicunt creaturæ ab æterno extra Deum in aliquo positiuo fundari debet; nullum autem esse positiuum formale creaturæ dari potest ab æterno, nisi hoc esse cognitum, siue hoc esse diminutum, quod per metaphysicam Dei cognitionem creaturæ recipiunt.

5 Hæc est genuina, ac compendiosa de ente rationis diminuto subtilissima, ac celebris Scotistarum sententia, quam à sapientioribus Scotistis

accepi, & quam veneror quidem, vtpote à tanto Doctore prolatam, non tamen sequor, cùm entia rationis ab ente reali contradistincta nullatenus persuadeat; In primis enim esse cognitum, quod creaturæ possibiles habent à Diuino intellectu, non esse ens rationis, sic probo; quia hoc esse est primum esse creaturarum, vt docet Scotus, ergo ante ipsum, creaturæ sunt purum nihil, sed dari non potest aliquid minus nihilo; ergo dari non potest, hoc esse cognitum, quod sit ens diminutum ab esse creaturarum; imo si tale esse cognitum est diuersum à quidditate creaturarum, quæ quidditas ante tale esse cognitum præsupponitur esse nihil, iam ipsum esse cognitum, non est nihil, id autem, quod non est nihil, ens reale est, quia inter ens reale, & purum nihil, non datur medium, vt probauimus p. p. art. 3. nu. 2. Hoc argumentum fortius vrget contra esse cognitum obiecti impossi-

possibilis, quod proculdubio purum nihil est; nam si esse cognitum, quod habet ab ipsius esse distinguitur, vtique à puro nihilo diuersificatur, quod formalissimè est esse ens reale; igitur dato, & non concesso, quod etiam impossibilia cognoscantur, esse reale, non rationis per talem cognitionem recipient. Præterea adhuc difficile mihi est quomodo illud esse diminutum sit ens rationis, si rerum possibilitas in ipso fundatur; siquidem ens rationis, quod distinguitur ab ente reali implicat esse à parte rei, sed rerũ possibilitas fundatur in ente rationis, ergo possibilitas fundatur in impossibili, & non implicantia fundatur in re implicãte, quod satis arduum videtur.

6 Nec minus difficile est quomodo v. g. hominis possibilitas, & ipsius primum esse à quidditate hominis sit diuersum, vtpote ens ab ipsa hominis quidditate diminutum. Possibilitas enim hominis, siue ipsius primum esse

distingui non potest ab eius quidditate, nam hominis quidditas, siue possibilis, siue futura, siue actualis eadem semper est; sed possibilitas hominis actualis, seu negatio repugnantiæ idemtificatur cum quidditate reali hominis, hæc enim essentialiter dicit possibilitatem, seù non repugnantiam, quomodo ergo in ente diminuto à tali quidditate diuerso, imo quomodo in ente rationis hominis possibilitas, seu non repugnantia fundari potest? equidem quæ sunt eadem vnitertio, sunt eadem interse, sed ens diminutum hominis, & quidditas actualis hominis sunt eadem cum negatione repugnantiæ, seu cum possibilitate hominis, ergo ens diminutum, quod est ens rationis, & supponitur diuersū ab hominis reali quidditate, iam nō erit à reali quidditate hominis diuersum, quod in terminis implicat.

7 Insuper capere non possum, quomodo illud esse diminutum, quod est

ens

ens rationis, sit primum esse creaturæ; numquid creaturæ ab ente rationis incipiunt? si hoc concedis, non te pigeat concedere omnia entia creabilia ab ente rationis etiam causari; nam quod est primum in aliquo genere est causa cæterorum, vt vidimus qu. p. art. 2. nu. 4. sed ens rationis diminutum est primum in genere entis creabilis, ergo omnium creabilium est causa. At licet fere communiter dicatur ens reale nempe intellectum esse causam entis rationis, inauditum tamen est in Philosophia ens rationis esse causam entis realis.

8 Nec minus imperceptibile est, creaturas habuisse illud esse diminutum ab æterno; vix enim audemus affirmare, aliquid de possibili potuisse ab æterno esse, & Scotistæ tam indubitanter asseuerant omnia entia creabilia secundum esse diminutum de facto ab æterno fuisse. Equidem eandem, imo multo maiorem impli-

cantiam inuoluunt tot entia diminuta, quam vnum ens reale ab æterno productum. Eandem dixi in primis implicantiam habent; quia siue sit ens diminutum, siue sit ipsa rei quidditas æqualiter debent fieri ex nihilo, ergo æqualiter repugnat ab æterno, nam quod semper fuit, ex nihilo non fuit, non enim potuit præcedere nihil illius entis, quod supponitur semper, siue ab æterno fuisse, alioquin de ipso Verbo Diuino dicere quis posset ab æterno extitisse, sed ex nihilo fuisse productum; nihil ergo fuit ab æterno præter Deum, vt Concilia, & Patres testantur.

9 Sed adhuc repeto specialem, maioremque habere ex alijs capitibus entia diminuta ab æterno implicantiam; daretur enim aliqua creatura, imò primum esse creaturæ distinctum à Deo, necessario ab ipso Deo procedens; quandoquidem esse cognitum, quod est esse diminutum creaturæ est

aliquid prẹter Deum, imo est primum esse creaturæ, vt docent Scotistæ; sed esse cognitum creaturæ, tam necessarium est, quam ipsum esse cognoscẽs Diuinum; quia vtrumque præcederet volitionem Dei liberam, ergo daretur hoc primum esse creaturę distinctum a Deo necessario ab ipso Deo procedens. Quod si totum hoc aliqui concedunt, nolo partem cum ipsis; etenim nescio quare similiter non concedunt absolutè dari posse aliquam creaturam à Deo necessariò productam, cum sit eadem ratio; prẹsertim cum illud ens diminutum, si non est Deus, aut nihil, aut creatura esse debeat; neque enim inter Deum, & creaturam datur capacitas, quæ aliquo intermedio ente repleatur.

10 Demum illud intolerabile ex tali doctrina sequeretur, tot simul fuisse entia diminuta ab æterno, quot sunt entia possibilia, & impossibilia, quæ à Deo simul cognita supponuntur;

tur; vnumquodque enim ens possibile, aut impossibile suum esse cognitum, suumque esse diminutum per Dei cognitionem simul cum alijs accepit; sed numerus possibilium,& impossibilium proculdubio non est finitus, sed infinitus, ergo iam concedere tenentur Scotistæ infinitas entitates, siue rationis,siue reales simul ab æterno extitisse, quod est idem ac dicere, entium numerum totum simul, seù cathegorematicè infinitum necessario dari de facto, quod nullus Philosophus sufficienter probauit de possibili. Vide circa talem infinitatem infra art. 5.

11 Concludendum igitur est,nullatenus dari hæc entia rationis diminuta ab ipsa Dei cognitione distincta, nullumque esse recepisse ab æterno quidditates possibiles per scientiam metaphysicam, siue simplicis intelligentiæ, quæ æquebene potuit denominare Deum intrinsecè cognoscen-

tem,

tem, & possibilia extrinsecè cognita. Et licet creaturæ possibiles absolutè nihil ab æterno fuerint, ex hoc tamen non sequitur, quod Deus ab æterno nihil cognouerit; Siquidem cognouit creaturas possibiles nihil absolutè esse, sed esse aliquid (puta hominem esse animal rationale, equum esse animal hinnibile) si ponerentur; etenim in hoc tota possibilitas hominis, aut equi consistit, atque hoc esse veluti conditionatum est ipsorum esse vt possibile, secundum probabilem sententiam, quod sufficientissimum est, vt negationem repugnantiæ, & propositiones æternæ veritatis fundare possit, vtque extrinsecam denominationem cogniti, tanquam terminus Diuinæ cognitionis, ab æterno recipiat.

12 Hoc idem dicendum est de esse volito, viso, audito, imaginato, &c. nihil scilicet esse præter actus potentiarum, siue rationalium, siue sensitiuarum;

uarum; qui actus æqualiter valent intrinſecè denominare potentias, à quibus vitaliter procedunt, & extrinſecè obiecta ad quæ terminantur; nulla enim, vel leuis ratio contrarium ſuadere poteſt, vt ex ſolutione argumentorum, quæ tanquam Scotiſtarum fundamenta in principio huius articuli adduximus in articulo ſubſequenti, qui valde affinis eſt cum præſenti articulo, manifeſtè apparebit; vide infra nu. 6.

ARTICVLVS II.

De extrinſecis denominationibus.

5 DEnominationes aliæ ſunt intrinſecæ vt eſſe album à forma albedinis, quæ intrinſecè vnitur ſubiecto denominato; aliæ ſunt extrinſecæ, vt eſſe cognitum, volitum, viſum, &c, quæ proueniunt à formis non exiſtentibus in ſubiectis denominatis.

natis. Ex istis verò denominationibus extrinsecis aliæ sunt quæ à potentijs vitalibus proueniunt, vt esse cognitum, volitum, visum, imaginatum, &c. aliæ quæ à non vitalibus oriuntur, vt esse dextrum, vel sinistrum à diuersa corporis situatione; medicinam, aut vrinam esse sanam à corporis sanitate, quam causat, vel significat, & similia. Sunt qui existimãt omnes prędictas denominationes extrinsecas esse entia rationis; Alij ad solas denominationes, quæ a potentijs vitalibus procedunt setentiam restringunt. Alij cum distinctione loquuntur, videlicet, denominationes omnes extrinsecas formaliter esse entia rationis, radicaliter verò, & quasi effectiuè esse entia realia; v. g. denominatio cogniti radicaliter dicit ipsam realem cognitionem realiter terminatam ad obiectum; formaliter autem dicit formam aliquam conceptam, & afficientem obiectum, ip-

 sique

ſique inhærentem.

2 Dico vnicè. Nulla denominatio extrinſeca, quantumuis formaliter accipiatur, eſt ens rationis contradiſtinctum ab ente reali; quod vt oſtendam, accipio denominationem cogniti (nam eadem eſt ratio de cæteris) & ſic diſcurro. Hæc denominatio ſufficientiſſimè habetur per hoc quod cognitio terminetur ad obiectum, ſeù (quod idem eſt) per hoc quod cognitio per ſe formaliter ſit cognitio talis obiecti; v. g. parietis; ſed hoc eſt quid reale, imò eſſentiale in tali cognitione, ergo, &c. Probatur maior, quia præciſa quacunque fictione, aut noua intellectus conſideratione, paries dicitur cognitus nedum radicaliter, ſed etiam formaliter per hoc ſolum, quod cognitio terminetur ad ipſum: implicat enim, vt per cognitionem terminatam ad parietem, ipſumque formaliter repreſentantem, paries non ſit formaliter cognitus, aut

aut formaliter repreſentatus. Tum quia denominatio cogniti in pariete eſt denominatio formaliter extrinſeca (non enim eſt extrinſeca materialiter, aut radicaliter vt patet) ergo à forma extrinſeca eſt talis; ſed non datur alia forma parieti extrinſeca, niſi cognitio, ergo à cognitione habetur, nec in aliquo quod intrinſecè fingitur in pariete poteſt conſiſtere; alioquin non formaliter extrinſeca, ſed formaliter intrinſeca talis denominatio fingeretur. Adde quod denominatio, quæ prouenit à forma, per ſeipſam denominante, eſt denominatio formalis (niſi verbis diſcrepemus) nam eſſe formaliter tale certè illud eſt, quod per ſe, ſeù per ſuum eſſe formale eſt tale; ſed denominatio cogniti antecedenter ad omnem fictionem, aut nouam intellectus conſiderationem eſt à cognitione per ſe ipſam, ſeu per ſuum eſſe formale denominante; ergo antecedenter ad

omnem fictionem, vel nouam intellectus considerationem est denominatio formalis licet extrinseca.

3 Dices primò. Denominatio formalis est ab aliqua forma, tanquam à causa formali; sed causa formalis semper est aliqua forma intrinseca; ergo formalis denominatio cogniti, non potest esse à cognitione, quæ subiecto est extrinseca, sed debet esse ab alia forma, quæ saltem per intellectus considerationem concipitur intrinseca subiecto. Maior supponitur certa, minor etiam patet; nam in bona Philosophia, inquit Pater Arnù, quatuor sunt genera causarum, scilicet efficiens, & finalis, quæ sunt causæ extrinsecæ, formalis, & materialis, quæ sunt causæ intrinsecæ.

4 Respondetur 1. Distinguo maiorem, denominatio formalis intrinseca concedo: formalis extrinseca nego; nam si nomine causæ formalis vis intelligere illam formam, quæ est intrin-

trinſeca, dic etiam quod denominatio extrinſeca, non eſt à forma tanquam à cauſa formali. Cæterum reſpondeo ſecundò, quod cauſa formalis duplex eſſe poteſt, alia intrinſecè conſtituens, & denominans; vt calor reſpectu calidi; alia denominans, & conſtituens extrinſecè, vt cognitio, aut volitio reſpectu cogniti, aut voliti; Philoſophi autem cum dicunt cauſam formalem eſſe intrinſecam, de prima, non de ſecunda loquuntur; implicat enim in meliori philoſophia, vt cauſa aliqua formalis intrinſecè conſideretur, aut fingatur in ſubiecto, quod denominat extrinſecè, ſicut è contrà implicat vt aliqua cauſa formalis fingatur extrinſeca ſubiecto, quod intrinſecè denominat.

5. Dices ſecundò, ex eo quod lignũ v. g. ſit terminus actionis calefactiuę, non denominatur formaliter calidũ, ſed denominetur tale per calorem in ſe receptum; ergo ex eo, quod paries

ſit terminus cognitionis, non denominatur formaliter cognitus. Sed in primis nego antecedens; actio enim calefactiua, non distinguitur per nos à forma caloris producti in ligno ex dictis p. p. ar. 6. nu. 16. ergo lignum, non solum est terminus, sed etiam subiectum talis formæ, & actionis, ideoque per ipsam formaliter, atque intrinsecè denominatur calidum. Secundo, iuxta aliorum principia dici potest, quod lignum ex eo, quod sit terminus actionis calefactiuæ denominatur formaliter calidum extrinsecè, vel in fieri; ex eo verò quod sit subiectum recipiens formam productam caloris denominatur calidum intrinsecè, & in facto esse; neque enim istæ duæ denominationes adinuicem contrariantur; Non igitur implicat, vt à forma omninò extrinseca subiectum aliquod simul formaliter, & extrinsecè denominetur.

6 Atque hinc diruuntur Scotistarum

rum fundamenta posita pro ente diminuto art. præcedenti à nu. 1. Ad hoc enim quod aliquid sit formaliter cognitum, aut volitum passiuè, non opus est aliquod ens fingere à re cognita, & ab ipsa Diuina, vel creata, cognitione diuersum; nam esse formaliter, & passiuè cognitum, non est aliud, nisi pura denominatio extrinseca realis in ipsa reali cognitione consistens; quæ cognitio, vt recepta in potentia cognoscitiua reddit ipsã formaliter, atque intrinsecè cognoscentem actiuè, & se tenet ex parte potentiæ; vt autem terminatur ad obiectum, seù vt exprimens in se tale obiectum, reddit ipsum formaliter, atque extrinsecè cognitum passiuè, & se tenet ex parte obiecti; Nec aliquid probat exemplum de statua Cæsaris annihilati, nam esse repreſentatum quod est in statua, non est aliquod ens diminutum, sed est ens simpliciter reale, nempe realis substantia lapidis

cum tali reali situatione partium; vndè dici potest, quod ista realis situatio partium, quatenus se tenet ex parte statuæ denominat statuam intrinsecè, ac formaliter repræsentantẽ actiuè; quatenus verò terminatur, seù dicit habitudinem similitudinis ad Cæsarem, denominat extrinsecè Cæsarem formaliter repræsentatum passiuè; ad eum modum, quo de ipsa cognitione, quæ etiam est intentionalis similitudo obiecti, dictum est.

7 Similiter nil concludit argumentũ nu. 2. relatum; imò retorqueri potest contra auctorem, qui cum Scoto supponit res possibiles nihil fuisse ab æterno secundum esse essentiæ; nam si nihil erant creaturæ, ergo nihil fuit quod ab æterno potuit transitum facere de contradictorio in contradictorium per productionem illius entis diminuti; igitur negandum est suppositum, quod ab ipsismet Scotistis negatur, videlicet, possibilia ab æterno ali-

no aliquam habuisse entitatem, quæ transitum facere potuisset; hoc enim quod est, entia possibilia fuisse cognita, aut volita à Deo non est aliud, nisi denominatio extrinseca realis in cognitione, aut in volitione Diuina consistens, vt modò explicauimus.

8 Illud insuper quod nu. 3. de omnibus potentijs vitalibus etiam sensitiuis obijciebatur, pariter falsum est; nam esse volitum, visum, aut imaginatum, quod de nouo accipiunt obiecta, non est aliud, nisi noua denominatio extrinseca realis, quæ in noua cognitione, volitione, visione, aut imaginatione consistit; isti enim actus dicuntur actiuè, quatenus sunt à suis potentijs, & dicuntur passiuè, vt ad sua obiecta terminantur; vndè tota illa mysteriosa diuersitas actiui, & passiui, scilicet cognoscentis, & cogniti, non ab aliquo ente siue diminuto, siue integro expetenda est, sed in sola grammaticali diuersa locutione se-

ne secundum actiuum, vel passiuum modum pronunciandi consistit.

9 Ad confirmationem eodem nu. 3. adductam, quatenus dicit cognitionem, visionem, imaginationem, &c. esse actus vitales, ergo debent operari aliquid à se diuersum, non quidem reale, ergo rationis, expectanda est primæ consequentiæ probatio, quam nunquam, vt videre potui apud aduersarios, inueni; quandoquidem actum esse vitalem solum importat esse à principio vitali immanenter, & esse actionem sui ipsius, quatenus idem actus vitalis est actio productiua, & est qualitas producta iuxta dicta p. p. ar. 6. à nu. 16. Exemplum sigilli non facit ad rem; nam motus impulsiuus per sigillum imprimit impulsum in ceram, per quem impulsum partes ceræ taliter distribuuntur, vt sigilli exprimat imaginem, quę non est quid diuersũ ab ijsdem partibus cerę diuersimodè collocatis; vbi nihil rationis, nullum-

nullumque ens diminutum, sed omnia integra, ac realia sunt.

10 Pater Michael Francus Modernus, ac valde in via Scoti eruditus Doctor p. p. disp. 4, nu. 33. Aliique Doctores ad probandum, actus vitales aliquid à se ipsis diuersum causare, adducunt exemplum de muliere prægnante, cuius imaginatio solet causare imaginem rei imaginatæ in ipso fætu. Addere etiam potuissent exemplum oculorum fascinantium, quorum intuitu puerorum membra afficiuntur. Item de visione, aut cogitatione obiectorum turpium, qua semen turget, membraque irritantur; similiter de visione inimici, aut cogitatione iniuriæ acceptæ, qua feruet sanguis, ira excitatur, faciesque immutatur, & similia. Verum prædicti effectus occasionaliter, non principaliter cognitioni, aut imaginationi sunt tribuendi; alioquin semper accidentia; principaliter verò tribuuntur

tur humoribus, vel spiritibus diuersimode agitatis; Imò plures non infimæ notæ Philosophi absolutè negant in prædictis casibus actus vitales aliquam causalitatem habere; & præsertim de cogitatione mulieris prægnantis omnino dissentiunt Cardanus 2. contradict. tract. 16. c. 6. Vaijrus 2. de fascino. Santorellus 12. sanitat. nat. 25. & alij plures, qui immutationem, aut maculationem fætus in vtero, non matris apprehensioni, aut imaginationi, sed fortuito naturæ incursui, vel humorum fermentationi attribuunt; vnde factum illud, quod describitur Gen. 31. de ouibus Iacob, quæ fætus conceperunt variegatas ex aspectu similium virgarum, Angelo docente, appositarum; Dicunt miraculosè accidisse, cuius signum est, quia nunquam quid simile experiri possunt pastores. Fabulosa insuper putant alia experimẽta, quæ adduci solent, vt de Æthiope

nato

nato a parentibus albis ex visione Ætiopis depicti, quod inuentionem fuisse dicit Cardanus ad excusandum adulterium. Sed de hoc consule Medicos, ac naturalistas Philosophos, præcipuè Tieneum lib. de Viribus imag. Nobis enim sufficit dicere, nunquam ex prædictis experientijs entia rationis, aut entia diminuta probari; actus namque vitales, vel nihil extra seipsos efficiunt, vel si aliquando aliarum causarum concursu aliquid causant, non nisi entia integra, & realia producunt.

ARTICVLS III.

Actus Liber Diuinæ voluntatis non completur per aliquod ens rationis.

IN hoc articulo Theologi personam reassumo, vsque ad Diuinitatis Sacrarium entia rationis insecututus; talis namque est, tantaque isto-

dicens potentialitatem ad actum, siue volendi, siue intelligendi; quidquid autem est de intrinseca Dei quidditate, non minus necessarium est, quam ipsa Dei quidditas; quomodo igitur Deus contingenter, & liberè vult, si ipsius velle, seu volitio tam necessaria, tamque immutabilis est, quam ipsum esse Diuinum? Hæc inquam difficultas illa est, quæ tot vexauit ingenia, hæc potissimùm inter argumentorum scopulos Aristoteli parauit naufragium, vt scilicet tam pertinaciter sustineret, Deum necessariò agere ad extra, ideoque mundum ab æterno productum fuisse. Nam vt Deum defenderet immutabilem, Dei in primis æternitatem creaturis fecit communem; quasi duratio non sit perfectio pedissequa essentiæ, vt quod non est infinitum in esse, potuerit esse infinitum in duratione. Deinde, dum primæ causæ summam in operando necessitatem apposuit, ab omnibus

causis

causis, etiam secūdis amputauit eam, quam experimur libertatem; neque enim habuissent creaturæ à seipsis liberè operandi potestatem, si prima ipsarum causa tali potestate careret.

2 Igitur Pater Vasquez, quem nonnulli recensiores sequuntur, pro nodi huius dissolutione ad entia rationis recurrit, docetque Dei volitionem constitui formaliter liberam per quādam formam rationis relatiuam adiūctā, seu per aliquem respectū rationis ad creaturas existentes, vel futuras, quod meo iudicio idem est, ac dicere, libertatem, quæ maxima, ac verissima, atque realissima Dei perfectio est, in solo figmento formaliter consistere.

3 Quanta autem sit huius sententiæ falsitas ex eo patet. 1. Quia omne ens rationis est falsum, cum simpliciter non sit ens, sed ad instar entis conceptum, vt p. p. diximus; ex falso autem non potest constitui verum, ergo

ergo aut vera libertas non datur in Deo; aut libertas per aliquam entitatem rationis non constituitur. 2. Quia in sententia admittente relationes rationis, ponitur relatio rationis ad denominandum formaliter, non autem ad essendum absolutè, & realiter; nam vt art. sequenti videbimus, Auctores talis sententiæ dicunt, Deum, v. g. antecedenter ad quamcumque relationem rationis, esse absolutè & realiter Creatorem, fieri autem, & denominari Creatorem formaliter à forma relatiua rationis, quam concipimus in Deo ad creaturas. Igitur in casu nostro, Dei voluntas antecedenter ad quamcũque fictionem, est absolutè, & realiter libera libertate indifferentię, & de hac est difficultas, quomodo sit absolutè libera, & contingenter se habeat ad velle, si velle Diuinum est ipsummet esse Dei necessarium; Igitur entia rationis nodum istum non soluunt. 3. Vel illa

forma relatiua rationis est à creatura, vel à Deo; non à creatura, quia priusquam intellectus creatus esset in tempore, Deus fuit ab æterno realiter, ac completissimè liber; neque à Deo, quia Deus non potest talia figmenta formare, vt probauimus p. p. art. 4. nu. 5. Tum quia, vel Deus tale ens rationis formauit necessariò, vel illud formauit liberè; si necessariò iam non potuit liberam Dei volitionem constituere; si liberè, ergo ante sui formationem, Dei volitionem perfectè, ac completè liberam, tanquam sui causam debuerat præsupponere; non ergo entia rationis ad ineffabilem illam Diuinæ libertatis constructionem se intromittere possunt.

4 Nihilominus non caret ista sententia suis rationibus, & quidem validissimis, vtpote in communi difficultate fundatis; omnes tamen ad hoc argumentum reduci possunt. Volitio v. g. Mundi liberè fuit in Deo ab

æter-

æterno, ita vt potuerit in Deo non esse, sed non potuit non esse in Deo aliquid Deo identificatum, ergo volitio libera Mundi, non consistit formaliter in aliquo essentiali, sed in aliquo, quod est Deo accidentale, seu extrinsecum. Atqui hoc extrinsecum non potuit esse in Deo aliquid reale; (quia nihil reale potest esse in Deo, quod non sit sibi intrinsecè identificatum) ergo hoc extrinsecum, seu accidentale, quod ad Dei liberam volitionem formaliter constituendā est necessarium, nequit esse aliud, nisi entitas rationis.

5 Conantur Theologi hoc argumentum varijs modis dissoluere; Et primò non defuerunt Doctores, qui dixerint actum Dei liberum consistere in quadam entitate reali saltem modali, ac voluntati Diuinæ intrinsecè superaddita, quæ cum sit libera potuit absque vllo inconuenienti Deo realiter deficere; Hæc doctrina

communiter reicitur. 1. Quia talis entitas, quæ potuit deficere, diceret intrinsecè imperfectionem defectibilitatis, ergo concipi non potest Deo intrinseca. 2. Si potuit realiter deficere, ergo Deus intrinsecè potuit aliter se habere, quod summæ immutabilitati Diuinæ repugnat. 3. Quia ista entitas absolutè est perfectio; nulla autem perfectio potuit deficere enti infinitè perfecto.

6 Verum ad hæc possent facilè respondere; & quidem ad 1. Defectibilitatem in hoc casu non importare aliquem defectum, sed importare contingentiam, quæ cum sit constitutiua Diuinæ libertatis, tantum habest quod sit imperfectio, vt potius maximam perfectionem importet. Ad 2. Immutabilitatem consistere in eo, quod nihil de nouo recipiat, aut de nouo velit, & quod semel voluit, semper voluit; cum quo bene stat, quod potuisset aliter intrinsecè

se ha-

se habere, seu aliter velle. Ad 3. Ex eo quod potuit deficere talis perfectio non minueretur perfectio infinita Dei; nam si volitio Mundi non fuisset in Deo, tunc fuisset nolitio, quæ æqualem, imo eandem formaliter in ratione liberi cum volitione diceret perfectionem, licet materialiter diuersã.

7 Aliter igitur hic primus modus dicendi impugnatur à D. Thoma contra Gen. c. 83. ex eo videlicet, quia Diuina voluntas est determinata, & secundum se est actus, per quod differt à voluntate creata, quæ secundum se est indifferens, & ex parte sui se habet ad vtrumlibet, ideoque determinatur per aliquid aliud, nempe per volitionem; ergo Diuina volitio non est quid realiter distinctum, & superadditum Diuinæ voluntati. Confirmatur hoc, & explicatur; nam in tantũ creata voluntas secundũ se est indifferẽs ad vtrũlibet, in quãtũ secũdũ se, nõ dum consecuta est suam per-

fectionem, vt patet in intellectu dubitantis, qui non dum assecutus est principia, ex quibus ad alterum determinetur, quod est aptissimum exemplum D. Thomæ; at Diuina voluntas cum sit infinitè perfecta, & sibi realiter identificet omnem perfectionem, non dicit potentialitatem ad vlteriorem perfectionem; ergo Diuina voluntas secundum se, non est indifferens, nec se habet ad vtrumlibet, sed est per seipsam essentialiter determinata. Atque hæc etiam est ratio quare Deus sit essentialiter suũ existere, & Diuinus intellectus essentialiter sit suum intelligere. Neque ex hoc inferas actionem productiuam ad extra, esse etiam Deo identificatam; nam actio productiua ad extra non est perfectio Dei, sed est perfectio effectus, & ideo vel cum effectu identificatur, vel in ipso recipitur. Cæterum adhuc concedi potest, quod actio Dei productiua ad extra sit ipsa

Deo identificata; Siquidem non minus Dei potentia producens, quam Dei intellectus cognoscens, & Dei voluntas volens sunt actus purus; ergo sicuti inferius explicanda est contingentia Diuini actus respectu obiecti voliti, ita pariter contingentia Diuini actus respectu effectus producti posset explicari.

8 Secundus modus respondendi ad propositum argumentum est aliquorum dicentium, velle Dei liberum, nihil rationis includere, sed consistere in entitate intrinseca Dei, & in ipsa creatura volita, quæ complet Diuinum velle in ratione liberi, & extrinsecè denominat Deum liberè volentem; ac propterea asserunt diuinum velle liberum potuisse in Deo non esse, secundum id, quod dicit de extrinseco, non autem secundum id, quod dicit de intrinseco, & sic putãt communi difficultati satisfacere.

9 Sed impugnatur. 1. Eadem ratione,

tione, qua modo probauimus ex Diuo Thoma, diuinam voluntatem esse secundum se in actu, & determinata, quia scilicet secundum se includit omnem perfectionem; ergo non potest ab aliquo extrinseco perfectionem suæ libertatis, nec partialiter quidem mendicare. 2. Quia omnis creatura est effectus diuinæ voluntatis liberæ, ergo debet præsupponere diuinam voluntatem completam in esse libero, tanquam sui causam. 3. Deus omnia quæ voluit, ab æterno voluit, iuxta illud Psal. 102. *Misericordias autem Domini ab æterno*; non autem ab æterno voluisset, si velle Dei liberum compleretur per creaturam, quæ est in tempore; sicuti, si anima fuisset ab æterno, & vniretur corpori in tempore, homo non esset ab æterno, sed in tempore. 4. Potuit Deus liberè velle nihil creare, sed tunc non potuisset compleri talis volitio per aliquod creatum; neque compleri

posset per negationes, quæ aut nihil sunt, vel esse positiuum diuinæ voluntatis, siue volitionis, constituere nequeunt; ergo independenter à quocumque extrinseco volitio Dei in ratione liberi est completa. 5. Si per impossibile Dei volitio esset necessaria, & non libera, vt dicebat Aristoteles, adhuc daretur effectus productus, & actus Dei necessarius; ergo effectus, vt effectus, non constituit, nec complet velle diuinum in ratione liberi; alioquin ex ipsa ratione effectus implicaret necessitas in causa, & consequenter nulla daretur causa, etiã secunda necessariò producens; igitur aliquid aliud, præter effectum, diuinam volitionem liberam constituit.

10. Nec recurras ad aliquam habitudinem, siue ad aliquod medium inter Dei volitionem, & effectum productum; nam vel talis habitudo, siue tale medium, aut connotatum, quomodocunque nuncupatum, est ens reale,

reale, vel est ens rationis; si reale, easdem patitur difficultates; si rationis, incidimus in foueam, quam euitare intendimus. Neque confugias ad extrinseca connotata, dicendo, quod actus Dei liber est contingens, & defectibilis quo ad extrinsecum connotatum, non vero quo ad intrinsecam quidditatem actus; nam illud extrinsecum connotatum, vel est Deus, vel creatura; si creatura incidis in sententiam superius confutatam; si Deus, ergo Deus est contingens, & difectibilis, quod implicat.

11 Tertia responsio dari potest ex doctrina plurimorum Thomistarum dicentium; actum Dei liberum non constitui per ens rationis, sed consistere adæquatè in ipso reali actu diuinæ voluntatis, quæ in recto duas veluti formalitates includit, scilicet rationem perfectionis entitatiuæ, & rationem terminationis ad obiecta volita; dixi in recto, quia per hoc differt

à sen-

à sententia de connotatis in obliquo.
Vnde ad argumentum respondent, actum Dei liberum potuisse deficere, seu non esse in Deo, secundum conceptum, aut formalitatem terminationis, non autem secundum formalitatem entitatis, & perfectionis. Sed contra. 1. Quia formalitas terminationis vtpotè constitutiua, & completiua diuinæ perfectionis, in ratione liberi, perfectio est; ergo, si hæc deficere potuit in Deo, iam aliqua perfectio potuit Deo deficere. 2. Quia si talis formalitas terminationis potuit deficere, ergo realiter distinguitur à formalitate entitatis, quæ non potuit deficere; nam posse deficere, & non posse deficere nequeunt de eodem verificari, & realem distinctionem important; ergo iam incidimus in primam sententiam suprà confutatam; Si autem contendas, quod realiter à formalitate entitatis non distinguatur, teneris dicere; vel quod

vtraque formalitas sit indefectibilis; vel quod vtraque deficere potuisset, vtrumque autem est inconueniens; ergo actus Dei liber formaliter vt liber in nulla formalitate, aut entitate reali consistit, sed per solam entitatem rationis est explicandus. Sed absit, vt maximum hoc diuinæ libertatis negotium entibus rationis committamus; præstantius quippe est de hac re totalem ignorantiam fateri, quam vniuersam nostræ fidei fabricā in solis figmentis fundare.

Igitur nolo sub silentio prætetire, quæ olim Romæ in nostro Collegio Cœlestino circa hanc difficultatem dictaui; licet enim diuinæ libertatis adæquatam notionem inter tot sapientiores Theologos me adduxisse non audeam affirmare; nihilominus talem tradidi explicationem, quæ publicis disputationibus sæpenumero agitata, multò minores, quam illa de ente rationis, difficultates inuenit.

12 Dico igitur. 1. Diuina volitio ab intrinſeco, & adæquatè eſt libera libertate indifferentiæ, non quatenus eſt indifferens ad hunc, vel illum actum, ſed quatenus eſt indifferens ad hoc, vel illud obiectum. Eſt Diui Thomæ contr. gen. c. 83. & p. p. qu. 19. art. 3. ad. 6. vbi expreſsè docet diuinum velle eſſe neceſſarium non dicens neceſſariam habitudinem ad obiecta volita; eſt etiam Scoti in 1. diſt. 39. vbi aliam docet eſſe libertatem ad oppoſitos actus, & hanc eſſe propriam libertatis creatæ, aliam eſſe libertatem ad oppoſita obiecta, & hanc eſſe propriam libertatis diuinæ. Hanc etiam ſententiam ita expreſsè docuit Caietanus apud D. Thomam loco cit. vt mirum ſit quomodo à quibuſdam citetur pro ſententia ponente, actum Dei liberum importare aliquid Deo realiter, ac intrinſecè ſuperadditum. Hanc puto eſſe communiſſimam ſententiam, imò audeo

dicere

dicere nullum esse Auctorem, qui in re contrarium sentiat, totamque cōtrouersiam consistere in modo explicandi, quomodo diuina voluntas sit indifferens tantùm in ordine ad obiecta; Ex eo enim quod diuina voluntas dicatur indifferens in ordine, seu per habitudinem ad obiecta, aliqui occasionem sumpserunt dicendi, ly *per ordinem*, *& habitudinem* aliquam relationem rationis importare, contra quos in præsenti specialiter disputamus; Nam sicuti nostra voluntas absque aliqua relatione rationis est indifferens ad actus, & dici solet indifferens in ordine, & per habitudinem ad suos actus, ita pariter à Diuo Thoma, & aliijs dici potuit diuina volitio, seu diuinus actus indifferens in ordine, seu per habitudinem ad obiecta, absque eo quod aliquam habitudinem, seu relationem rationis insinuare intellexerint; nam esse indifferens in ordine, vel per habitudinem, siue

siue ad actus, siue ad obiecta, non alium significat, nisi esse indifferens circa actus, aut circa obiecta; quod quidem ad æquiuocationes tollendas notandum est.

13 Probatur conclusio breuiter, ac faciliter; diuina voluntas (sicut etiã quidquid est in Deo) est essentialiter actus purus, nullam scilicet dicens intrinsecam potentialitatem, siue perfectibilitatem; ergo diuina voluntas, non est indifferens in ordine ad actus, seu circa actus; alioquin non esset essentialiter actus. Cum igitur danda sit in Deo aliqua indifferentia ad liberam voluntatem constituendam, sola indifferentia, seu contingentia circa obiecta admittenda est; sed quia adhuc remanet difficultas, quomodo scilicet potuerit diuina volũtas obiectum non velle; cum non sit indifferens ad velle, ideo.

14 Dico 2. Diuinum velle, seu actus diuinæ volitionis, est virtualiter contin-

contingens, quod per me, est idem ac dicere, diuina volitio non est contingens absoluta, & secundum se, quatenus ipsa potuerit absolutè non esse, sed est contingens secundum quid, seu respectu obiecti, quatenus talis volitio potuerit non esse volitio, v. g. Mundi, seu respectu Mundi; ad eum modum, quo in diuinis essentia Patris distinguitur à personalitate Patris non simpliciter, quatenus absolutè essentia secundum se non sit personalitas, nam sic distingueretur realiter; sed virtualiter, & secundum quid, hoc est respectu filij, cui communicatur essentia non communicata personalitate; vndè sicut essentia realiter, & absolutè est personalitas Patris, non tamen est personalitas respectu filij; ita pariter diuinus actus est necessarius simpliciter, absolutè, & secundum se, non tamen est necessarius respectu obiecti; & quemadmodum diuinam essentiam esse per-

ſonam Patris abſolutè, & non eſſe perſonam Patris ſecundum quid, ideſt reſpectu filij, importat diſtinctionem non realem, ſed virtualem, ſiue in ordine ad filium; ita pariter diuinam volitionem eſſe abſolutè neceſſariam, & non eſſe neceſſariam ſecundum quid, ideſt reſpectu obiecti, non realem, ſed virtualem contingentiam importat.

15 Probatur concluſio. Quia diuina voluntas eminenter continet omnem perfectionem, quam continet creata voluntas, demptis ſcilicet imperfectionibus intrinſecę perfectibilitatis, & potentialitatis; ſed contingentia, vt contingentia, cum ſit conſtitutiua libertatis, eſt perfectio; ergo contineri debet eminenter in diuina voluntate ſecluſa imperfectione intrinſecæ potentialitatis. Atqui contineri non poteſt hæc perfectio contingentiæ in Deo eminenter, ideſt à tali imperfectione depurata, ſi aliquid

in Deo ſit ſimpliciter, & abſolutè cō-
tingens, ergo eatenus continetur in
Deo eminenter, quatenus aliquid
Dei, nempe volitio, eſt contingens
ſecundum quid, ſeu reſpectu obiecti,
quæ contingentia eſt virtualis, ſeu
potius eſt virtus, & perfectio contin-
gentiæ. Ad eum modum, quo diſtinc-
tio virtualis propriè, & abſolutè non
eſt diſtinctio, ſed potius virtus, ſeu
perfectio diſtinctionis eminenter con-
tentæ.

16 Atque hinc apparet quomodo
ſit verum id, quod D. Thomas loc.
cit. cont. Gen. docet, nimirum, indif-
ferentiam diuinæ volitionis ex parte
eius ad quod dicitur (hoc eſt reſpectu
obiecti) non ad imperfectionem vir-
tutis pertinere, ſed magis ad eius
eminentiam, in quantum vtrumlibet
oppoſitorum excedit: ſiquidem di-
uina volitio vtrumque actum, nempe
velle, & nolle creatæ voluntatis cum
tali exceſſu, & eminentia continet,
vt re-

vt respectu obiecti eodem modo se habet, ac se habent illi duo actus inter se, & à voluntate realiter distincti. Igitur actus diuinæ voluntatis, licet in se sit semper idem, tamen in ordine ad obiectum non minus potest esse volitio, quam nolitio; quia hoc ad eminentiam suæ infinitæ virtutis pertinet, vt munus vtriusque actus, non realem distinctionem, aut absolutam contingentiam includat.

17 Confirmatur, & explicatur magis; Quia in tantum datur in diuinis distinctio virtualis, in quantum diuinum esse, vtpote infinitè perfectum eminenter continet, & absorbet quidquid continēt duo realiter distincta ab imperfectionibus depurata; ratione cuius continentiæ eminentialis equiualet diuinum esse duobus realiter distinctis in ordine ad aliquid, v. g. in ordine ad filium, cui à Patre communicatur essentia non communicata personalitate; sed etiam diuina

volitio est infinitè perfecta in genere volitionis; ergo eminentissimè etiam continet indifferentiam, & contingentiam creatæ volitionis; & cum sit simplicissimus actus æquiualet pluribus actibus; in qua æquiualentia, (quæ ex continentia eminentiali oritur) æqualiter virtus distinctionis realis, quæ est virtualis distinctio, & virtus realis contingentiæ, quæ est virtualis contingentia fundantur.

18 Scio Patrem Arriagam disp. 28. sect. 4. aliosque Theologos acriter impugnare sententiam aliquorum, quos suppresso nomine impugnat etiam P. Suarez disput. 30. metaph. sect. 8. nu. 19. admittentium virtualem defectibilitatem in actibus Dei liberis. Verùm vt cognoscatur quam longe absint à nobis prædictorum Theologorum fulmina, notandum est; talem sententiam esse toto Cœlo diuersam à sententia modo explicata; illa enim asserit, actum liberum esse

forma-

formalitatem quandam realem, quæ in Deo realiter potuit non esse; distingui tamen à Dei essentia solum virtualiter, sic illam refert P. Arriaga. Nos verò dicimus actum liberum, non potuisse realiter in Deo non esse, alioquin esset contingens, & defectibilis simpliciter, & secundum se, ad quod non sufficit virtualis distinctio actus ab essentia; potuisse tamen non esse virtualiter, idest respectu obiecti, quatenus Dei volitio potuit non esse volitio Mundi, non autẽ quatenus potuit simpliciter non esse. Dum ergo prædicti Auctores conantur probare, diuinam volitionem non esse realiter à Deo separabilem, nec sufficere distinctionem virtualem ad realem separabilitatem, optimè quidem discurrunt, nostram verò sententiam non tangunt.

19 Secundum hanc ergo explicationem iam facilem puto responsionem ad argumentum propositum

ſupra nu. 4. diſtinguendo ſcilicet maiorem; Volitio Mundi potuit in Deo non eſſe virtualiter, & ſecundum quid, quatenus volitio Dei potuit non eſſe volitio Mundi, concedo; volitio Mundi potuit in Deo realiter, ſeu ſimpliciter non eſſe, nego: ſimili modo diſtinguo minorem; ſed aliquod Deo identificatum non potuit in Deo non eſſe realiter, ſeu ſimpliciter, concedo, virtualiter, & ſecundum quid, nego, ſic etiam diſtinguitur cõſequens, ergo volitio Dei conſiſtit in aliquo accidentali virtuali, concedo; in aliquo accidentali reali, nego conſequentiam; eſt enim Dei volitio accidentalis, & contingens virtualiter, hoc eſt non quatenus ipſa volitio ſimpliciter potuerit non eſſe, nam ſic eſſet accidens reale, ſed quatenus ipſa Dei volitio potuit non eſſe volitio Mundi; vbi vides quod tota contingentia diuinæ volitionis non eſt reſpectu ipſius volitionis, ſed reſpectu

obie-

obiecti voliti, & (vt paucis dicam) sicuti creata voluntas inuariata ita est voluntas huius actus, seu ita exit in hunc actum, vt potuerit esse voluntas alterius actus; ita diuina volitio inuariata, ita est volitio huius obiecti, seu ita tendit ad hoc obiectum, vt potuerit esse volitio alterius obiecti, siue ad aliud obiectum terminari. atque hæc dicitur contingentia secundum quid, & virtualis; frustra igitur ad entia rationis recurrimus, cum diuina libertas in suis intrinsecis perfectionibus adæquatè consistat. Sed videamus quid alij contra hanc doctrinam obijcere possunt.

20 Obijcies 1. Libertas vt libertas dicit contingentiam, ergo libertas realis dicit contingentiam realem; cum igitur in Deo detur realis libertas, consequens est vt etiam indifferentia realis concedatur; non ergo sufficit indifferentia virtualis. Resp. in hoc, & similibus argumentis ma-

gnam latere æquiuocationem propter ly *reale*, & *realiter*, quod dupliciter intelligi poteſt; primò realiter pro vt ſignificat idem, ac præciſo opere intellectus, & ſic ly *reale* conuenit etiam contingentiæ virtuali, quæmadmodum conuenit diſtinctioni virtuali; vtraque enim datur in Deo præciſo opere intellectus. Secundò ly *reale* poteſt intelligi ſimpliciter, & ſecundum ſe, pro vt ſcilicet opponitur virtuali, ſeu reſpectu obiecti; & in hoc ſenſu, nec contingentia diuinæ volitionis, nec diſtinctio, quæ datur inter diuinam eſſentiam,& perſonalitates ſunt reales. Igitur ſi in argumento ly *reale* intelligitur primo modo,concedo totum præter vltimam conſequentiam; ſi intelligatur ſecundo modo,omnes propoſitiones ſunt falſæ; non enim in Deo datur libertas, nec indifferentia volitionis ad non eſſe ſimpliciter, ſed ad non eſſe virtualiter; hoc eſt ad non

esse volitionem huius, vel illius obiecti, in quo consistit, vt diximus, contingentia virtualis; quæ dicitur contingentia secundum quid, seù respectù obiecti.

21 Obijcies 2. Volitio Dei intrinseca, vel per se formaliter denominat Deum volentem Mundum, vel ipsũ denominat talem per aliquid aliud; si per aliquid aliud, hoc erit ens rationis; nàm aliud ens reale non est assignabile; si per se formaliter, ergo necessariò denominat; nàm quod per se formaliter est tale, necessariò est tale; hinc enim est, quod volitio creata necessariò respicit determinatum obiectum, quia per se formaliter respicit illud, sic etiam de actione, & vnione, cæterisque entitatibus modalibus, &c.

Sed concesso antecedenti quo ad primam partem, distinguo consequẽs, ergo necessariò denominat Deum, simpliciter volentem concedo; ergo

necessariò denominat Deum volentem secundum quid, idest volentem Mundum, nego consequentiam; nam vtrumque per se formaliter habet diuina volitio, & necessariò denominare Deum volentem simpliciter, & denominare contingenter Deum volentem secundum quid; est enim diuina volitio, vt sæpè dictum est, necessaria simpliciter, & secundum se, quatenus non potuit simpliciter ipsa non esse, sed contingens secundum quid, siuè respectu obiecti, quatenus potuit non esse volitio, v. g. Mundi; in quo differt à volitione creata, quæ cum sit determinatæ perfectionis, non continet eminenter virtutem plurimorum actuum, vndè nequit virtualem indifferētiam respectu plurium obiectorū cōtinere.

22 Dices tota ista doctrina applicari etiam posset ad ipsam diuinam existentiam; nam si aliquid diuinum posset esse per se simpliciter necessarium,

rium, & virtualiter contingens, quare contingentia ista etiam in diuina existentia non ponitur? Resp. falsum esse assumptum, & ratio euidens est; nam esse virtualiter contingens est esse contingens respectu obiecti extrinseci, vt dictum est; nullum autem datur extrinsecum respectu cuius posset diuina existentia esse contingens, vt patet, ergo si diuina essentia esset contingens, non virtualem, sed realem contingentiam haberet, hoc est respectu sui, & secundum se.

23 Instabis. Ergo saltē applicari posset talis doctrina ad actum diuini intellectus; dicendo, quod sit contingens virtualiter, idest respectu obiecti, & consequenter Deus non necessariò, sed liberè cognosceret obiecta cognoscibilia, sicut liberè vult volibilia; consequens autem est maximū absurdum, ergo &c. Resp. quod licet actus diuini intellectus, quatenus actus est, possit esse virtualiter contingens;

gens; nihilominus ex alio capite maxima disparitas est inter actum diuini intellectus, & actum diuinæ voluntatis; nam vt docet D. Thomas p. p. qu. 19. ar. 3. ad 6. Deus vult obiecta creata secundum quod sunt in seipsis; obiecta autem secundum quod sunt in seipsis extra Deum, necessariò non sunt, sed contingenter; & ideò Deus ea necessariò non vult. At cognoscit obiecta secundum esse quod habēt in ipso Deo ; scientia enim habetur de rebus secundum quod sunt in cognoscente, vel per speciem, vel per earū intelligibilitatem quomodocumque in ipso contentam . Cum igitur esse, quod habent creaturæ in Deo, sit necessarium saltem ex suppositione diuini decreti, in quo (secundum veriorem sententiam) coguoscuntur futura contingentia siuè absoluta, siuè conditionata ; ideò Deus necessariò ea cognoscit; quæ disparitas est maximè notanda.

Obij-

24 Obijcies 3. Ideo noſtra voluntas, ſecundum Philoſophos, vult per aliquod realiter diſtinctum ab obiecto, & ab ipſa voluntate, quia dari poteſt noſtra voluntas,& obiectum volibile, abſque eo quod volũtas velit,& quod tale obiectum ſit volitum; ſed dari poteſt diuina voluntas, & obiectum volibile, v. g. Mundus poſſibilis, abſque eo quod diuina voluntas illud velit, & abſque eo quod Mundus ſit volitus; ergo Mundus eſt volitus à diuina voluntate per aliquid realiter diſtinctum ab ipſo Mundo, & ab ipſa diuina voluntate quomodocumque conſiderata; ſiuè per modum actus, ſiuè per modum potentiæ.

25 Reſp. Rationem à priori, quare creata voluntas vult per aliquod à ſeipſa diſtinctum,præcipuam eſſe,quia creata voluntas ſicut non eſt ſuum eſſe, ità non eſt ſuum velle,illam verò rationem, quam in argumento Philoſophi adducunt,eſſe à poſteriori, &

nimis superficialem; Præterea, stando etiam in tali ratione, dico, quod hæc ratio adhuc militat in casu nostro; nam licet diuina volitio, non distinguatur à Diuina voluntate realiter, distinguitur tamen virtualiter, seù æquiualenter; ex eo autem quod dari possit voluntas, & obiectum volibile, absque eo quod voluntas illud velit, alterutrum sequi potest, scilicet, vel quod actus, quo voluntas actu vult sit ab obiecto, & à voluntate realiter distinctus; vel quod sit distinctus virtualiter, seu æquiualenter. Quia verò distinctio virtualis huiusmodi, quæ scilicet est æquiualentia ad duo realiter distincta, nequit fundari nisi in infinita eminentialitate; hinc est, quod in solo Deo dari potest; in creatis autem vbi talis, ac tanta distinctio virtualis non datur, prædicta separabilitas realem dumtaxat distinctionem potest supponere.

26 Obijcies 4. Ex nostra sententia seque-

sequeretur, voluntatem Dei esse absolutè mutabilem, & quod mirabilius est, mutabilitatem istam nullam in Deo dicere imperfectionem; Prob. sequelam; quia sicuti contingentia diuinæ volitionis explicatur per ordinem ad obiecta, & ideò nullam importat imperfectionem Deo intrinsecam, ità mutabilitas pariter explicari posset per ordinem ad obiecta; & sic benè intelligeretur, quod absque sui imperfectione Deus posset in dies mutari, & desinere velle quod prius voluerat, & incipere velle de nouo quod antecedenter noluerat.

27 Resp. ex eodem D. Thoma cit. ar. 7. quod aliud est mutari voluntatem, & aliud est velle rerum mutationem; nam potest aliquis eadem voluntate immobiliter permanente velle, quod nunc fiat hoc, & postea fiat contrarium. Velle autem rerum mutationem conuenit summæ prouidentiæ, mutari autem voluntatem non

non conuenit Deo ; huius autem ratio non petitur ex eo quod volitio identificatur cum diuina voluntate ; nàm hoc non obſtaret, vt optimè cõcludit argumentum , ſed ex eo petitur ; quia vt acutè docet Caietanus ex D. Thoma ; ſi velle eſt tantùm reſpectu boni intellecti , oportet quod noua volitio ſit , aut ex nouitate boni, aut ex nouitate intellectionis ; nihil autem poteſt eſſe de nouo bonum, aut de nouo intellectũ reſpectu Dei, ergo Deus non poteſt voluntatem mutare.

Sed iàm ſatis circa Theologicam hanc difficultatem incidenter diſputauimus ; quod ſi alta nimis , ac obſcura noſtra explicatio videbitur , cõſiderare oportet, de Altiſſimo, altiſſimè loquendum eſſe , & quo magis diuina obiecta noſtræ imperfectæ capacitati accomodamus , eo magis à diuinarum rerum ineffabili veritate recedimus.

ARTI-

ARTICVLVS IV.

De relationibus.

1 ARistoteles cap. 7. de Prædicamentis sic definiuit, seù potius descripsit relatiua. *Ad aliquid talia dicuntur quæcunque hoc ipsum, quod sunt aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet ad aliud* (supple) *se habere*; vbi, vt vides, non relationem sed potius ea, quæ referuntur descripsit; nihilominus ex prædictis verbis, sic potest relationis difinitio formari. *Relatio est connexio, seù pertinentia, siuè attinentia vnius ad aliud.*

2 Hæc autem pertinentia, seù relatio in schola Thomistarum dupliciter intelligi solet; vel quod sit pertinentia, & relatio secundum esse; vel quod sit relatio secundum dici; quæ diuisio sumitur ex D. Thonia in 1. di. 30. ar. 2. in corpore. Relatio secundum

dum

dum esse, tunc est quando nomen imponitur ad significandam immediatè ipsam habitudinem (hoc est pertinētiam, seù relationem) sicut est hoc nomen *Dominus*, *Pater*, *Filius*, & alia huiusmodi, quæ immediatè significāt pertinentiam ad aliud, nempè ad seruum, ad filium, ad patrem, &c. Relatio secundum dici tunc est, quando nomen non imponitur ad significandam immediatè relationem; sed secundariò, siuè consequenter, *vt v. g.* hoc nomen *scientia*, quod immediatè significat qualitatem residentem in intellectu, quæ relationem dicit ad scibile; & quia scientia non est ipsa relatio, sed dicit relationem, ideò non vocatur relatio secundnm esse, sed relatio secundum dici. Hanc relationem secundum dici, vocant etiam transcendentalem, ad differentiam relationis secundum esse, quam vocant prædicamentalem.

3 Verum quia talis diuisio plures

conti-

continet difficultates, quæ ad nostrũ propositum non faciunt; ideò quidquid sit de illa, dicimus cùm plurimis alijs Philosophis præcipuè recentioribus, relationem transcendentalem à relatione prædicamentali differre in eo quod hæc sit accidentalis rebus relatis, illa verò essentialis; facta enim omnium relationum enumeratione, illæ dumtaxat relationes, quæ rebus sunt essentiales communiter dici solent transcendentales, quæ verò accidentaliter insunt, prædicamentales vocantur. In præsenti articulo de relationibus prædicamentalibus erit nostra disputatio; nàm de istis tantùm dubitari potest, an sint entia rationis.

Aliqui absolutè existimarunt omnes relationes prædicamentales entia rationis esse, quæ sententia tribuitur Zenoni, alijsque ex antiquis, quibus consentit Aureolus in 1. dist. 30. qu. 1. ar. 2. vbi solas diuinas relationes rea-

les agnoscit. Communior opinio est, dari relationes reales, & dari etiam relationes rationis; Nos autem qui vtramque sententiam quo ad entia rationis iuxta nostra principia impugnare tenemur, nullatenus nostrum intentum perficere possumus, nisi, habita prius de relatione reali adæquata notitia, ad omnes relationes rationis impugnandas gradum faciamus; igitur.

4 Dico 1. Dantur in rebus relationes reales; & quidem in diuinis de fide est, atque audeo dicere, quod ex illimitatione in ratione entis efficaci congruentia sic probari potest. In Deo est illimitatio quo ad esse, ergo etiam quo ad operari, quia operari sequitur ad esse, vt est commune principium; sed hæc illimitatio quo ad operari, est omnimoda illimitatio, idest in omni ratione operandi non dicente imperfectionem, sicut est illimitatio quo ad esse, seù in omni ratione

tione essendi, ergo talis illimitatio quo ad operari extenditur, non solum ad rationem operandi ad extra, sed etiam ad rationem operandi ad intra: neutra enim in suo conceptu imperfectionem inuoluit. Igitur in diuinis dantur operationes ad intra, & quidem per intellectum, & voluntatem, quæ tantùm possunt esse virtutes operatiuæ in ente summè spirituali; Nàm si fœcunditas ad intra, conceditur intellectui angelico, & humano. quo ad productionem Verbi mentalis consistentis in quodam mentis conceptu rerum cognitarum; consequens est, vt talis fœcunditas non desit Deo, qui in se continet illimitatè, & eminētissimè omnem creatam fœcunditatem; *nam quicumque intelligit ex hoc ipso, quod intelligit producit verbum*, vt docet D. Th. qu. 27. ar. 1. ergo diuinus intellectus infinitè meliùs quam creatus intellectus Verbum suo modo ineffabili producit

ad intra; & cum non sit minus, quam intellectus operatiua ad intra diuina voluntas, imò infinitè melius quam voluntas creata, consentaneum etiam est quod præter Verbum, aliquid aliud, quod dicimus Spiritum Sanctum, ac Diuinum Amorem similiter sit ad intra productum per voluntatem.

Dixi suo modo ineffabili; nàm ex eadem illimitatione diuinæ essentiæ deducitur, dari non posse aliquid in Deo ab ipsius essentia realiter distinctum; quidquid ergo per intellectū, aut per voluntatem in diuinis producitur, non est accidentale, & limitatum, sicut verbum angelicum, aut humanum, sed consubstantiale, & infinitum, ac ipsi diuinæ essentiæ realiter identificatum. Datur igitur in Deo fœcunditas ad intra; dantur relationes reales, imò realiter distinctæ, vtpote relatiuè oppositæ, tanquā producens, & productum; datur pri-

mum principium producens, qui dicitur Pater Æternus; datur terminus productionis per intellectionem, & dicitur Filius Coęternus, qui cum sit infinitus, absorbet omnem rationem termini per intellectum producibilē; ex quò implicat alius filius diuinus: Datur terminus productionis per voluntatem, & dicitur Spiritus Sanctus, qui cum similiter in sua ratione sit infinitus non relinquit locum prò alterius Spiritus Sancti possibilitate; Et quia Pater, Filius,& Spiritus Sanctus, licet inter se realiter distinguantur, ex eo quia relatiuè opponuntur, nihilominus consubstantiales sunt, eandem scilicet substantiam, siuè naturam, & essentiam habentes; idcircò Sanctissimum illum, semper adorabilem, semperque laudabilem nexum vnitatis in Trinitate, & Trinitatis in vnitate ineffabiliter ab æterno, & in æternum constituunt: Quia verò teste nostro Corsalio tom. 1. me-

taph. qu. 4. art. 4. multorum, & quidem probatorum Theologorum opinio eſt; Relationes in diuinis eſſe trãſcendentales; quod etiam noſtris cõſonat principijs, quibus ſuperius ſtatuimus, relationes, quæ eſſentialiter ſe habent (cuiuſmodi ſunt in diuinis) tranſcendentales eſſe; ideo.

5 Dico 2. Etiam in creatis dantur relationes prædicamentales reales; ſi enim quæſtionem de nomine non facimus, præciſa omni operatione intellectus, vnum album dicit pertinẽtiam ſimilitudinis ad aliud album, & pertinentiam diſſimilitudinis ad nigrum. Abraham dicit pertinentiã paternitatis ad Iſaac, quem genuit, & Iſaac pertinentiam filiationis ad Abraham à quò fuit genitus; ſed iſtas pertinentias, ſiuè attinentias dicimus eſſe relationes prædicamentales, quatenus accidentaliter de ſuis ſubiectis dicuntur; ergo præciſo opere intellectus relationes prædicamentales reales

les

les sunt admittendæ.

6 Confirmatur, quia ad omnem prædicamentalem relationem tria tantùm communiter requiruntur, videlicet fundamentum, terminus, & ratio fundandi talem pertinentiam inter vtrumque. Fundamentum est id, quod refertur. V. G. paries ad aliũ parietem similem; terminus est id, ad quod refertur, ratio verò fundandi est id, ratione cuius vnum refertur ad aliud vt albedo, cuius causa vnus paries per similitudinem alteri refertur. Cum autem hæc tria sint entia realia, consequens est, vt etiam sit realis ipsa relatio, quæ per ista tria sufficientissimè habetur.

7 Ad hanc confirmationem secundum diuersa principia dupliciter responderi potest. Doctores, qui dicunt dari relationes rationis, & etiam relationes reales, respondent, per fundamentum, terminum, & rationem fundandi, dari quidem relationem realem

realem fundamentaliter , non verò formaliter ; putant enim relationem prædicamentalem esse formam aliquam , aut realiter resultantem per naturalem emanationem, vt est similitudo, vel Paternitas in creatis , aut esse formam rationis, vbi resultantia formæ realis repugnat , vt in Deo , qui relatione dominij refertur ad creaturas; nàm cum Deus non sit capax alicuius formæ realis, non potest per aliquid reale formaliter ad creaturas referri ; vnde tota formalis relatio diuini dominij in ente rationis consistit. Alij verò qui docent nullam dari relationem realem formaliter, sed tantùm fundamentaliter , asserunt , quod posito fundamento, & termino cum ratione fundandi , nunquam formaliter referuntur , nisi intellectus comparet vnum ad aliud, quàm intellectualem comparationẽ dicunt esse formalem relationem rationis ; ad vtramque igitur senten-
tiam

tiam impugnandam.

8 Dico 3. Relatio prædicamentalis, non est aliqua forma relatiua realiter distincta à fundamento posito termino, & ratione fundandi, est communissima apud omnes Neotericos; cum hac tamen differentia; quod aliqui nobiscum in solo fundamento, alij in aggregato fundamenti, & termini relationem prædicamentalem consistere docent.

9 Probatur conclusio 1. Relatio formaliter, vt relatio non importat aliquam formam distinctam à rebus relatis, ergo relatio prædicamentalis formaliter non consistit in aliqua forma resultante; conseq. probatur, quia quod dicitur de relatione formaliter vt relatio est, de omni relatione est dicendum; nec obstat, quod prædicamentalis relatio sit accidentalis, quia hoc aliunde sine forma à rebus relatis distincta haberi potest; vt infra explicabitur. Antecedens probatur; quia

quia definitio quidditatiua alicuius rei explicat formalem rationem illius, sed definitio relatiuorum explicat relatiua per hoc quod vnnm quomodolibet se habeat, seù pertineat ad aliud, & non per aliquam formam superadditam, vt superius ex Aristotele dictum est; ergo relatiua secundum formalem rationem relatiui, solam hanc habitudinem important, non verò aliquam formam ipsis superadditam: Relatio igitur formaliter vt relatio, per quam relatiua formaliter referuntur, non est forma superaddita, sed in sola habitudine quomodolibet se habente vnius ad aliud formaliter consistit.

10 Confirmatur nàm seclusa cuiuscumque formæ resultantia, album, v. g. per se formaliter differt à nigro, ergo per se formaliter dicit habitudinem dissimilitudinis ad nigrum; nàm esse formaliter differens, & esse formaliter dissimile idem omninò sunt.

Antec.

Antec. prob. quia vnumquodque per id formaliter differt ab alio, per quod formaliter in suo esse constituitur; sed album formaliter constituitur in esse albi per suum esse indistinctum à subiecto, & albedine, ergo per idem esse formaliter differt à nigro; formalis igitur differentia, seu dissimilitudo licet importet relationem, siuè habitudinem vnius ad aliud, non tamen in aliqua forma à rebus absolutis resultante consistit.

Nec audiendi sunt illi, qui ad hanc confirmationem respondent. Formam illam superadditam addere rebus illud à quo habent formaliter differre, licet non addat differentiam, in qua formaliter differunt; Nàm imperceptibilis omninò est hæc doctrina; id enim à quo res habent formaliter differre est ipsissima formalis differentia, in qua differunt; ergo si forma illa superaddita non addit differentiam, in qua res formaliter differunt,

runt, neque addit illud à quo res habet formaliter differre; si quidem implicat in terminis dicere, quod res habeant formaliter per propriam essentiam differre, & quod per aliquod ipsis superadditum differant.

11 Confirmatur 2. Quia plures aliquantur formales relationes, quæ à quidditatibus absolutis realiter non distiuguntur, ergo relatio vt relatio formaliter non importat formam à rebus, quæ referuntur realiter distinctam. Antecedens, in quo potest esse difficultas, patet in relationibus transcendentalibus, quæ, vt diximus rebus relatis sunt essentiales, & quo ad relationes prædicamentales sic efficaciter probari potest; nàm supposita possibilitate formarum relatiuarum, quodlibet ens absolutum formaliter est dissimile omnibus formis relatiuis, ergo quodlibet ens absolutum formaliter per seipsum refertur ad formas relatiuas, siqu dem in nulla forma rela-

relatiua siuè reali, siuè rationis talis relatio dissimilitudinis consistere potest; quia omnis forma relatiua siuè realis, siuè rationis, est terminus huius relationis; terminus autem relationis, non potest esse ipsa relatio. Hoc ipsum ostenditur in materia prima, quæ per suum esse absolutum est formaliter dissimilis omnibus omninò formis, non enim potest materia prima per aliquam formam, siuè realem, siuè rationis esse formaliter omnibus formis dissimilis; nàm omnis forma est terminus huius dissimilitudinis, ergo in nulla forma talis dissimilitudo consistere potest. Hæc argumenta contra formas relatiuas reales, & contra formas relatiuas rationis æqualiter militant. Quia verò relationum rationis impossibilitas ex repugnantia formarum relatiuarum realium manifestius insurgit, idcircò specialiter quo ad formas relatiuas reales.

Pro-

12 Probatur 2. eadem concl. ab inconuenienti. Nàm dato quod formalis relatio sit forma à rebus relatis realiter distincta, infinitam istarum formarum multitudinem, vel saltem earum processum in infinitum necessè est concedere; positis enim, v. g. duabus paternitatibus, istæ duæ relationes essent similes inter se, & essent distantes, & coexistentes, atque alijs relationibus dissimiles; ergo positis duabus relationibus paternitatis, statim aliæ quatuor relationes resultarent, nempè similitudinis, distantiæ, coexistentiæ, & dissimilitudinis; sed istæ quatuor relationes etiam inter se essent similes, distantes, coexistentes; &c. ergo ex ipsis aliæ relationes resultarent, & sic infinitū; imò actualiter, & cathegorematicè infinitæ formæ relatiuæ simul coexisterent.

13 Respondent Thomistæ 1. Vnam relationem in alia relatione fundari non posse, eo quia relatio est minimè; ac de-

ac debilissimę entitatis, quatenus nō habet esse *quid, sed esse cuius, & ad alterum fluens*; ergo esse non potest fundamentum alterius relationis; nam fundamentum relationis, non solum habet illam in se recipere, sed etiam quasi efficere; recipere autem, & efficere nequeunt debilissimæ naturæ relationis competere.

14 Sed quatumuis quidditatem relationis Thomistæ debilitent, nunquam tamen relatio ad illum debilitatis gradum perueniet, qui ad alterius relationis pondus sustinendum non valeat; non enim requirimus in relatione vires ad fundandum aliquod absolutum, sed ad fundandam aliam relationem; debilissimo autem effectui debilissimæ vires sufficiunt; nam sicut se habet robustum, ad robustum, sic debilissimum ad debilissimum se habere potest. Sed vnde quæso tanta in relatione debilitas? quibus argumentis, aut quibus experien-

tijs comprobatur? Dicis, relationem non esse *quid, sed cuius*; quid ergo? nunquid ex hoc valet arguere, quod aliam relationem fundare non possit? nego consequentiam, quæ nunquam sufficienter probatur; Quid vilius, quid materia prima apud Thomistas debilius, neque quid, neque quale, neque quantum, imò neque cuius, nullumque habere actum, imò propè nihil esse affirmant; & tamen vires fundandi innumeras relationes, & sustinendi formas substantiales, atque accidentales materiæ primæ non denegantur; igitur non ob debilitatem relationis, sed potius ob nullitatem illius formæ relatiuæ tale inuenerunt effugium.

15 Respondent 2. Vnam relationem non fundare aliam, eo quia vna relatio per seipsam formaliter ad aliã refertur; cuius rationem dicunt esse, quia relatio est vltimò determinata in ratione relationis, ergo non potest deter-

determinari, seù referri per aliam; sicuti quia vnio est vltimò determinata in ratione vnionis, ideò non determinatur, seù non vnitur per aliud.

Sed contra, quia relationem esse vltimò determinatam,& relationem non esse vlterius determinabilem, idem omninò sunt; ergo talis doctrina est mera petitio principij; hoc enim est, quod contendimus, relationem scilicet, si daretur distincta, esse determinabilem per aliam relationẽ, quod est idem ac dicere, relationem non esse per se vltimò determinatam. Optimè autem intelligi potest vnionem esse per se formaliter vltimò determinatam in ratione vnionis, ita vt vnio non sit per aliam vnionem vnibilis, quia cùm vnio consistat in actuali exertitio, implicat vnio, quæ non sit vnita; at non implicat, v. g. Paternitatem Petri, non esse similem paternitati Pauli, si nimirum paternitas Pauli non esset; ergo paternitas

Pauli per se formaliter non est determinata in ratione similitudinis, sed ad summum in ratione paternitatis; ergo in ratione similitudinis ab alia relatione determinari deberet.

16 Confirmatur, quia relatio similitudinis dicit formalem, ac prædicamentalem relationem dissimilitudinis, v. g. ad paternitatem; vel ergo similitudo per se formaliter est dissilitudo, vel per nouam formam ab ipsa similitudine resultantem; si per nouam formam, ergo iam vna relatio resultat ex alia, & sic in infinitum; si verò dicas, quod similitudo per se formaliter est dissimilitudo, posita paternitate; ergo potest quidditas absoluta cuiuscunque rei per se formaliter referri ad aliud, seù per se formaliter esse relatiua, posito termino; nō minus enim opponuntur similitudo, & dissimilitudo, quam absolutum, & relatiuum; sed potest intelligi, quod similitudo secundum se sit similitu-

do, & respectu alterius termini extrinseci sit formaliter dissimilitudo, ergo etiam intelligi potest, quod absolutum secundum se sit absolutum, & respectu alterius sit formaliter relatiuum; frustra igitur formæ istæ relatiuæ ab absolutis realiter distinctæ multiplicantur.

17 Respondent Scotistæ 3. ad idem argumentum, concedo, vnam relationem in alia relatione fundari posse; non enim putant inconueniens, vnam relationem fundare aliam in infinitū; ex hoc enim solum (inquiunt) arguitur infinitum in multitudine syncathegorematicè, quod est finitum in infinitum; non verò arguitur relationum multitudo actu simul, seu cathegorematicè infinita. Sed contra, 1. quia etsi Thomistæ relationis vires gratis minuunt, vt supra diximus; multo tamen audentius loquuntur Scotistæ, qui ex aduerso tales vires attribuunt relationi vt (admisso pro-

cessu in infinitum, quod ab omnibus Philosophis est vitandum) immensam sarcinam relationum in infinitum addendarum hyperbolica fortitudine valeat sustinere. 2. sic arguo. In ijs, quæ per naturalem resultantiam procedunt, siuè causantur, causa, & effectus sunt in eodem instanti temporis, licet effectus posterior sit sua causa posterioritate originis, vel naturæ, vt omnibus notum est; sed vna relatio procedit ab alia per resultantiam naturalem, ergo prima relatio, quæ causat, & secunda, quæ causatur sunt in eodem instanti temporis; sed eadem est ratio de tertia relatione respectu secundæ, & de quarta respectu tertiæ, & sic de cæreris; ergo omnes relationes, quæ causari, aut in infinitum resultare possunt, simul sunt in eodem instanti temporis; at hoc iam non est solum infinitum syncathegorematicum concedere, sed proprijssimè est infinitam multitudinem relationum

tionum actu simul, seù cathegorematicè admittere; igitur data vna relatione, quæ sit forma distincta à rebus relatis, nescio quomodo Scotistæ in ipsorum principijs multitudinem actù infinitam valeant subterfugere.

28 Vltima tandem ratio, quæ ad abijciendas tales formas relatiuas adduci solet, fundatur in eo, quod homo, v. g. sit similis alteri sine aliqua sui mutatione; ergo sit similis alteri absque aliqua superaddita forma, quæ dicatur formalis similitudo; consequentia patet, vnumquodque enim accidentaliter mutatur per formas accidentales ipsi aduenientes; ideoque est immutabilis Deus, quia nihil de nouo ipsi aduenire potest. Antecedens vnanimiter negatur à Thomistis, & Scotistis, licet sit Diui Thomæ opusc. 48. lect. 3. in lib. 5. Physicorum; & Sancti Doctoris nostri Anselmi in monolog. c. 24. vbi cum dixisset nihil Deo posse de nouo

accidere ſtante ipſius inuariabilitate; hanc contra ſe facit obiectionem. *Quomodo Deus non eſt particeps accidentis, cum & hoc ipſum, quod maior eſt omnibus alijs naturis, & quod illis diſſimilis eſt, illi videantur accidere?* cui obiectioni reſpondet; poſſe huiuſmodi relationes maioritatis, & ſimilitudinis Deo accidere, abſque intrinſeca variatione, *ſed quid repugnat* (inquit) *quorundam, quæ accidentia dicuntur, ſuſceptibilitas, & naturalis incommutabilitas, ſi ex eorum aſſumptione nulla ſubſtantiæ conſequitur variabilitas? Nam ego; nec maior, nec minor, nec æqualis, vel ſimilis ſum homini poſt annum naſcituro, omnes autem relationes has, illo nato, habere potero ſine omni mei mutatione.* Hæc D. Anſelmus.

Sed probatur prædictum antecedens ab incredibili inconuenientia; nam alioquin ſequeretur, quod ad vnius formicæ productionem vniuer-

ſus

fus orbis, imò omnia, quæ super Cœlos sunt intrinsecè mutarentur; omnia enim hæc dicerent de nouo ad talem formicam productam innumeras relationes similitudinis, dissimilitudinis, distantiæ, æqualitatis, prioritatis, distinctionis, &c. sed omnes istę relationes supponuntur rebus omnibus aduenientes, tanquam formæ accidentales; ergo omnia, quæ in Mundo, & supra Mundum sunt, ad vnius formicæ productionem intrinsecè mutarentur. Scio aduersarios totum hoc deglutire; imò quidam Scotista accusat de nimia tenuitate stomachum nostræ mentis, quæ talia capere, aut deglutire non potest. Sed age videamus, quæ tanta fames Scotistas, atque Thomistas ad tot indigeribiles cibos deuorandos ipsorum ingenia necessitat.

19 Obiciunt 1. Relatiuum, & absolutum sunt opposita, ergo non possunt de eadem quidditate verificari.

2. Si

2. Si relatio prædicamentalis adæquatè identificatur cum suo fundamento, seù cum illo ente, quod refertur, non esset accidentalis, nec tale ens posset non esse relatiuum.

Respondetur ad 1. valere etiam de relationibus transcendentalibus; vnde dico, quod eadem quidditas potest esse absoluta respectu sui, & relatiua respectu alterius, vt supra nu. 16. probauimus, & sic relatiuum, & absolutum non opponuntur, quia circa diuersa verificantur; ad eum ferè modum quo vestis est substantia respectu sui, & accidens respectu corporis. Ad 2. nego sequelam, nàm illa res, quæ refertur, non est relatiua, nisi posito termino, & quia potuit non poni, accidentaliter refertur ad illum. Habet enim vnaqueque res ex sua intrinseca ratione essentiali, vt si detur aliquid quomodolibet sibi pertinens, ad illud se habeat, seù referatur; si verò aliud sibi pertinens non datur, abso-

absoluta sit; Deus ipse, positis creaturis, verè, ac realiter est creator, dominus, prior, dissimilis, &c. quod certè non esset, si creaturæ non fuissent. Item, secundum Thomistas, præcisa forma relatiua similitudinis remanet subiectum fundamentaliter simile, si detur terminus; ablato autem termino, nec quidem fundamentaliter remanet simile; non quia erat fundamentaliter simile per aliquam formā superadditam, sed quia hoc habet vnaqueque res ex propria essentia, vt sit fundamentaliter relata quando datur terminus, & non sit fundamentaliter relata, quando terminus deficit; hoc igitur quod de relatione fundamentali tenentur dicere aduersarij, de relatione etiam formali intelligere potuissent.

20 Obijciunt 2. Dari non potest noua denominatio accidentalis absoluta, nisi detur noua forma accidentalis absoluta, vt patet de albo, vel

dulce,

dulce, ergò similiter dari nequit noua denominatio relatiua, v. g. esse simile, vel dissimile, nisi per nouam formam relatiuam; vtraque enim denominatio est accidentalis.

Resp. idem argumentum fieri posse de relatione fundamentali, quæ secundum aduersarios remanet inter extrema, casu quo distruatur, aut præscindatur forma relatiua. Deinde nego consequentiam, & disparitas est; quia absolutum ex eo, quod est absolutum, non potest accidentaliter mutari nisi per aliquid in se receptũ, non enim potest mutari respectu alicuius extrinseci; ex hoc enim dicitur absolutũ, quia nihil respicit, & ad nullum extinsecũ pertinet; At verò esse relatiuum non accidit rebus per aliquid in ipsis receptum, sed potius ex propria ipsarum rerum inuariata quidditate; quæ, vt dictum est, hoc de se habet, vt ad aliud referatur, seù pertineat, si aliud datur referibile, seù

seù ad se pertinens.
21 Obijciunt 3. Potest augeri fundamentum relationis similitudinis, & diminui similitudo, ergo similitudo est quid distinctum ab ipsius fundamento; patet consequentia, antecedens probatur; nàm ponamus duo alba omninò similia, si primum album fiat magis album, tunc fit minus simile alteri albo, ergo tunc cresceret fundame tum, & minueretur similitudo. Resp. Quidquid dicant alij, argumentum hoc in primis æquè militare contra similitudinem fundamentalem, quæ per aduersarios est inter duo alba, præcisa relatione distincta; siquidem de duobus albis fundamentaliter similibus, valet etiã dicere, quod crescere potest fundamentum, diminuta similitudine fundamentali; Deindè nego suppositum, aut enim sermo est de fundamento remoto; scilicet de subiecto, quod dicitur album, vel simile, & hoc neque

crescit, neque minuitur, sed semper est idem; aut sermo est de fundamento proximo, nempè de ipsa albedine, & hæc non crescit, sed variatur, adueniente noua albedine; ideoque nō minuitur relatio similitudinis, quæ prius erat, sed variatur aduenientealia,

22 Obijciunt 4. Materia prima est pura potentia nullam dicens rationē formæ in suo conceptu, ergo secundum se non potest esse forma relatiua, nec formaliter esse alteri similis; sed constat vnam materiam primam formaliter esse similem alteri, ergo per aliquam formam sibi superadditam hoc habet. Resp. dist. ant. Materia prima est pura potentia in esse absoluto, & ad formas absolutas, trāseat; in esse relatiuo quando ponitur terminus sibi pertinens, nego antecedens, & consequentiam; sicut enim intelligitur materia prima secundum se formaliter potentialis ad omnes

formas,

formas, ita intelligi potest secundum se formaliter similis ad aliam materiam, vtrumque enim formalem habitudinem, & relationem importat; vide supradicta nu. 11.

23 Obijciunt 5. Si relatio paternitatis identificaretur cum aliquo absoluto, vel hoc absolutum esset quidditas Patris, vel esset actio generatiua, neutrum dici potest, ergo, &c. non primum, quia relatio deberet identificari cum suo proximo fundamento, & quidditas Patris, non est fundamentum proximum, sed remotum, imò potius est subiectum relationis, quam fundamentum; Neque secundum, quia actio generatiua, quæ est fundamentum proximum, in filio est; ergo si relatio paternitatis esset actio generatiua, filius denominaretur Pater. Respondetur, relationem paternitatis identificari cum quidditate Patris, quæ secundum se est absoluta, sed posito filio à se genito est relatiua;

ua; Ideoque fundamentum huius relationis, est ipsa quidditas Patris, non absolutè; sed quidditas Patris generantis filium, seù posita filij generatione, siuè posito filio à se genito.

14 Obijciunt 6. Destructo termino relationis dextruitur relatio; sed relatio est aliquid reale, ergo aliquid reale dextruitur; sed hoc reale non est quidditas fundamenti, nàm hæc remanet dextructo termino, ergo est aliquid aliud, quod dicimus relationē à quidditate fundamenti distinctum.

In hoc argumento magnam vim facit quidam ingeniosus Thomista; sed aduertere debuerat idem militasse de relatione fundamentali, quæ similiter dextruitur, dextructo termino; Dico igitur, quod sicuti producto termino, quidditas fundamenti incipit esse non simpliciter, sed secundum quid, ideſt incipit esse ad illum terminum, ita dextructo termino dextruitur, seù desinit esse quidditas

realis

realis fundamenti non simpliciter, sed secundum quid, idest dextruitur, seu desinit esse ad talem terminum; quod vt melius intelligatur, præter ea, quæ hactenus dicta sunt, do exemplum in causis; nam si aliqua causa efficiens, saltem per impossibile, produxisset omnes effectus, quos potuit producere, tunc quidditas talis causæ ob defectum termini à se producibilis desineret esse, non simpliciter, quatenus ipsa quidditas causæ simpliciter non esset, sed desineret esse secundum quid, quatenus quidditas talis causæ desineret esse potens producere aliquem effectum; sic igitur applica in casu nostro.

25 Obijciunt 7. Substantia creata non potest identificare sibi relationem, quia est definita ad tale genus, in quo differt ab essentia Dei, quæ cum infinita sit, & super omnia genera, potest alia sibi identificare; ergo substantia creata per aliquid à se

distinctum ad alia refertur. Respondetur antecedens, quod est D. Thomæ qu. 8. de poten. ar. 2. debere intelligi, quod de ratione substantiæ creatæ vt substantia creata est, non est identificare sibi relationem, alioquin omnis substantia creata identificaret sibi relationem, & ratio substantiæ creatæ in sua ratione non esset limitata; cum hoc tamen bene stat, quod aliqua substantia creata identificet sibi relationem posito terminò, ex hoc autem non sequitur, quod ratio creatæ substantiæ sit illimitata. Do exemplum manifestum in eadem substantia creata, quæ cum sit limitata, non identificat sibi rationalitatē, alioquin omnis substantia creata esset rationalis; cum hoc tamen bene stat, quod aliqua substantia creata sibi rationalitatem identificet, vt patet in homine. Atque hinc puto, quod distinctio formalis ex natura rei inter prædicta quidditatiua possit

habe-

habere locum tantùm in creatis, vbi singula prædicata habent in suo genere esse limitatum; non autem in diuinis, vbi essentia ob sui illimitationem in ratione entis omne prædicatum, omnemque perfectionem, formaliter, quatenus essentia diuina est, eminentissimè sibi identificat.

26 Obijciunt 8. Formalis relatio Creatoris accidit Deo in tempore, quando creaturas creauit, sed hæc relatio esse non potest aliquid Deo intrinsecum, alioquin Deus intrinsecè mutaretur; ergo debet esse aliquid Deo superadditum; atqui hoc superadditum esse non potest forma realis, quia Deus non est subiectum accidentium realium; ergo est aliqua forma rationis. Confirmatur auctoritate D. Augustini lib. 4. de Trinitate cap. vltimo, apud P. Lerma de ente rat. quæst. 1. nu. 6. *sicut nummus* (inquit) *constituitur pretium absque aliqua realitate superaddita, ità Deus*

 consti-

quod prædictorum verborum inueniſſe ; imò ſi verba benè conſiderentur Auguſtinianam phraſim non ſapiunt.

Nulla igitur forma relatiua realis eſt admittenda, & multò minus forma relatiua rationis ; nec poſſum hic non mirari, quomodo Neoterici illi, qui negant formas relatiuas reales, concedere poſſint formas relatiuas rationis ; nàm ſic vltimatè circa hanc materiam argumentor. Ens rationis eſt ad modum entis realis, vt omnes fatentur ; ergo forma relatiua rationis eſt ad modum formæ relatiuæ realis (nàm ſicut ſe habet ens rationis ad ens reale, ità forma rationis ad formam realem ſe habere debet ; iuxta illud, ità ſe habet ſimpliciter ex ad ſimpliciter, ſicuti tale ad tale, ſeù ſecundum quid ad ſecundum quid) ſed nulla datur forma relatiua realis ; ergo quomodo, aut ad cuius inſtar dabitur forma relatiua rationis?

ARTICVLVS V.

De negationibus, & priuationibus.

1. VVlgaris, ac communissima diuisio entis rationis est, in negationem, & priuationem, nàm licet Arist. 5. metaph. cap. 7. apertissimè doceat negationes, & priuationes nullam habere rationem entis, nisi tantùm secundum prædicationem, quod est idem, ac dicere, esse entia enunciatiuè, & secundum dici, quatenus abutimur nomine entis ad enũciationes, seù prædicationes, quæ de ipsis negationibus, & priuationibus, imò de ipso puro nihilo facimus; nihilominus plures Philosophi contendunt esse entia realia, realiter à formis negatis distincta; alij verò docent realiter nihil esse; sed formaliter esse entia rationis, nimirum cæcitatem, v. g. esse formam per intellectum cõ-

ceptam

ceptam in oculo, ad instar formæ realis, tenebras esse nigredinem conceptam in aere ad instar nigredinis realis, vacuum esse spatium conceptum ad instar spatij realis, sic de spatijs imaginarijs, de negationibus rerum, quæ actu non sunt, &c. Quamuis autem nostrum intentum sit de entibus rationis principaliter agere, atque in præsenti articulo negationes, & priuationes rationis impugnare; quia tamen istorum confutatio à quidditatiua notione negationum, & priuationum potissimè dependet, idcircò.

2 Dico primò. Negationes (idem dic de priuationibus) non sunt ens, seù aliquid reale negatiuum, realiter, & secundum se distinctum à formis, seù entibus positiuis negatis; sed sunt ipsum ens positiuum, quatenus non datur. Nàm tenebras, v. g. esse in aere dupliciter potest accipi, vel quod lux non datur in aere, vel quod in aere sit aliquod ens reale nega-

uum, quod ſit negatio lucis; in priori ſenſu negatio, ſeù tenebræ important in recto lucem, ſuntque ipſa lux, quæ non datur; in ſecundo ſenſu eſt aliquod ens negatiuum, quod dicit lucem in obliquo, nempè realis negatio lucis.

3 Dico igitur, negationem lucis nō eſſe aliquod ens reale in aere, ſed eſſe ipſam lucem non exiſtentem in aere, & ſic de cæteris priuationibus, & negationibus. Prob. 1. quia per hoc quod albedo non ſit in ligno habetur adæquatus conceptus negationis, ad quid ergo illud ens reale negatiuū multiplicare? Probatur antecedens, nàm præciſo omni ente reali negatiuo ſaltem per intellectum, lignum conſideratur non albus per hoc, quod in ipſo ligno albedo non exiſtat; ergo negatio albedinis adæquatè intelligitur per hoc qnod albedo non ſit in ligno.

4 Noſter Corſalius entis reali negatiui

gatiui acerrimus propugnator in metaph. tom. 1. qu. 2. ar. 2. respondet, quod remota mentaliter à ligno negatione albedinis (idem dic de luce respectu aeris) remaneret lignum non album per negationem intrinsecam, quæ consequitur lignum, quatenus est limitatum ad speciem ligni, non autem remaneret lignum non album negatione extrinseca albedinis. Sed contra, quia talis negatio intrinseca, quæ consequitur lignum, quatenus est limitatum ad esse ligni, datur in ligno etiam habente albedinem, quia semper valet dicere, lignum non est albedo; at nos loquimur de reali denominatione non albi, & quærimus, an præcisa negatione illa reali, lignum, in quo non est albedo, sit album, vel non album? si primum, ergo erit album sine albedine, si secundum iàm datur non album præciso illo ente reali negatiuo.

§ Prob. 2. Illud ens reale negatiuum,

uum, nempè negatio, v. g. chimæræ, quæ etiam ab æterno datur, vel est à Deo, vel à se; si à se, ergo datur aliquid reale extra Deum independens, ideoque infinitum, necessarium, & actus purus, nàm hæc omnia consecuntur aseitatem, vt probant Theologi de Deo. Si à Deo, vtique liberè, non enim Deus aliquid ad extra necessariò operatur; igitur negatio chimæræ potuit non esse; atqui non data negatione chimæræ consequenter daretur chimæra; ergo si potuit non esse negatio chimæræ; iàm possibilis fuit chimæra, imò possibile fuit quodcunque impossibile, quod in terminis implicat.

6 Prob. 3. Si negatio esset entitas realis distincta à subiecto, & à re negata, darentur in Deo tot entitates reales, quot sunt entia positiua impossibilia; Deus enim non est aliquod impossibile, imò dicit omnium impossibilium negationem; sic etiam

discurrendum est de negationibus omnium possibilium, nàm licet dentur in Deo omnia possibilia eminenter, non tamen in Deo dantur possibilia secundum esse formale ipsorum; ergo Deus dicit in se negationem omnium creaturarum secundum ipsorũ esse formale. Ex hoc autem duplex sequeretur implicantia. Primò quod aliquid reale negatiuum esset Deo superadditum, quod æqualiter implicat, ac aliquid reale positiuum, ideoque Deus non esset actus purus, sed cum tali ente reali superaddito compositionem faceret. Secundò sequeretur dari de facto in Deo infinita entia realia negatiua omnia simul, ac cathegorematicè; siquidem negatio vnius rei simul daretur cum negatione alterius rei, omnes igitur negationes darentur simul, cum non sit maior ratio de vna, quam de alia, & de reliquis; sed res negatæ in Deo non sunt finitæ; ergo daretur multitudo

tudo harum negationum realium cathegorematicè infinita, quod quidem non ſolum procedit in Deo, ſed etiam in qualibet creatura, putà in formica, quæ proculdubio dicit in ſe infinitas negationes infinitarum rerum, & formarum in ipſa non exiſtentium.

7 Recentiores aliqui nullum ſcrupulum faciunt in concedenda multitudine cathegorematicè infinita; imò hoc eodem vtuntur de negationibus argumento ad poſſibilitatem infiniti cathegorematici inſinuandam, vt videlicet continuum ex partibus actu infinitis, neſcio an cum minori, an potius cum maiori difficultate valeāt ſtabilire; licet autem innumera, ac propè infinita contra infinitum apud omnes Philoſophos dentur argumenta, quæ aduerſarios ad tales anguſtias redigunt, vt etiam prima principia, ipſo naturæ lumine per ſe nota, cuiuſmodi eſt illud, *omnem totum eſt maius*

ſua

ſua parte, negare compellant; nobis tamen impoſſibilitatem cuiuſcunque infiniti extra Deum duplici tantùm ratione ſufficiat incidenter oſtendere.

8 Et quidem 1. Implicantiam cuiuſcunque multitudinis cathegorematicè infinitæ ſic mihi perſuadeo. Data multitudine infinita, proculdubio talis numerus eſſet ordinatus per varias combinationes, quarum vna excederet aliam, vt duo, tria, quatuor,&c. quo poſito ſic diſcurro; non omnis combinatio iſtius infinitæ multitudinis eſſet combinatio infinita; ergo aliquæ combinationes ſunt infinitæ, aliæ verò finitæ; & quidem cõbinationes finitæ eſſent priores combinationibus infinitis; ergo in tali multitudine datur vltima combinatio finitarum, quæ à proxima ſequenti combinatione, quæ eſſet prima infinitarum in ſola vnitate excederetur, quod manifeſtè implicat. Prob. conſ. nam ſi in tali multitudine non dare-

daretur combinatio vltima finitarū, ergo vel quælibet combinatio esset finita, vel quælibet esset infinita, vel combinationes finitæ, & infinitæ promiscuè se haberent; primum dici non potest, quia sic neque esset infinita tota multitudo, quæ est vna ex combinationibus; neque secundum, quia sic combinatio ternarij, vel quaternarij etiam essent combinationes infinitæ; nec demum dici potest tertium, quia cum tales combinationes ordinatè se habeant per excessum vnius supra aliam, vt dictum est, non possunt combinationes finitæ, & infinitæ promiscuè, & inordinatè se habere, vt patet; ergo, &c.

9 Præterea 2. cuiuscunque infiniti creabilis repugnantiam, sic à priori ostendo. Ens creatum vt ens creatū non præscindit à finito, & infinito, siue à limitato, & illimitato; vel ergo est finitum, vel infinitum; atqui non est infinitum alioquin omne ens creatum

tum esset infinitum, ergo ens creatū, vt creatum est finitum; igitur quodcunque creatum, siuè perfectio, siuè intentio, siuè magnitudo, siuè duratio, siuè multitudo, & quidquid contrahit rationem creati est finitum, seu limitatum; hæc consequentia est euidens; Maior in qua esse potest aliqua difficultas, ex eo etiam innotescit, quia, si esse creatum, vt creatum præscinderet à finito, & infinito, vel præscinderet ab infinito creato, vel ab infinito simpliciter; non ab infinito creato, quia sic à seipso præscinderet, neque ab infinito simpliciter, quia sic esse creatum diceretur de omni infinito simpliciter, ideoque de omni infinito, etiam diuino, & increato, quod repugnat in terminis; non ergo esse creatum ab infinito, & finito præscindit, igitur esse creatum in suo cōceptu formali finitatem importat.

10 Dices in fauorem infiniti creati. Dato quod negationes, & priuationes

nes non ſint entia vera, & realia à parte rei, negari tamen non poteſt quod ſint entia abuſiua, ſeù quod abuſiuè dicantur eſſe, nàm dicimus tenebras eſſe in aere, & cæcitatem in oculo, ideoque de talibus entitatibus abuſiuis infinitis militant omnia argumenta. Secundò, negari non poteſt dari infinitum ſynchategorematicum, vt patet de duratione à parte poſt in animabus noſtris, atque de earundem cognitionibus in æternum multiplicabilibus; ſed contra hanc infinitatem militant eadem argumẽta, ergo vel neutra infinitas eſt concedenda, vel vtraque admittenda.
3. Potuit Deus in quocunque inſtanti, in quo fuit, producere vnum Angelum; ſed ſi hoc feciſſet, nunc eſſent infiniti Angeli; ergo poſſibile eſt infinitum in actu, &c. Maior patet, nam in quocunque inſtanti, in quo fuit, ſemper fuit omnipotens, & potens pro tali inſtanti producere, &c. Minor proba-

probatur, nam Angeli nunc correſponderent ſingulis inſtantibus, in quibus fuit Deus; ſed inſtantia in quibus fuit Deus fuerunt infinita; ergo nunc eſſent infiniti Angeli.

11 Sed ad primũ dico, entia abuſiua non eſſe infinita, ſed finita, & ſi quæras quot ſunt? reſpondeo, tot eſſe, quot verbis proferuntur, vel mente cogitantur; non enim habet aliud eſſe, niſi enunciatiuum, ſiuè verbale, ſiuè mentale. Ad ſecundum nego ſuppoſitum, videlicet dari infinitum ſyncathegorematicum; duratio enim animarum, tantùm abeſt, quod ſit infinita, vt potius ſit ſemper, & in æternum finita; imò eatenus dici poteſt infinita, quatenus nũquam in ratione infinitatis finitur; ſed veluti ad infinitatem tendens, nunquam infinitatem conſequitur. Ad tertium quidquid dicant alij, Reſpondeo, argumẽtum hoc ſupponere falſum, nempe dari plura imò infinita inſtantia in

æternitate. Vel enim instantia hæc sunt imaginaria, vel realia; si imaginaria, iam non sunt infinita, sed quot à nobis imaginari possunt; imò quod reale non est imaginari non potest, vt sufficienter probauimus p. p. art. 5. num. 9. si talia instantia sunt aliquid reale, iam de facto necessariò darentur etiam independenter à diuina voluntate, quod implicat; atque eadem de ipsis instantibus ac de Angelis infinitis esset difficultas. Æternitas igitur ac duratio diuina non per plura instantia, sed per vnicam ac indiuisibilem diuini esse possessionem explicatur; ex quo ruit tota illa, quæ in similibus argumentis construitur cōputatio. Neque vrgeas; Saltem dici potest, quod Deus semper potuit Angelos producere; sed si semper Angelos produxisset, vtique Angeli iam producti essent infiniti, ergo, &c. Nam Deus semper quidem potuit Angelos producere, eo tamen modo, quo sunt

producibiles, sunt autem Angeli producibiles in tempore, non ab æterno; diuina enim omnipotentia non extẽditur ad chimæras, cuiusmodi sunt creaturæ ab æterno; vt probauimus supra art. 3. nu. 1.

12 Difficilior obiectio, quæ pro infinitæ multitudinis possibilitate adduci posset, sumitur ex compositione continui permanentis, cuius partes à pluribus Philosophis supponuntur actu infinitæ, eo quia impossibile ipsis videtur ex partibus finitis aliquod extensum componi posse; nàm si partes omnes sunt finitæ, vtique ad puncta indiuisibilia tandem reducuntur; at implicat extensum ex punctis indiuisibilibus componi; quia punctum tangit aliud secundum totum, estque proptereà in eodem loco cum illo, & sic cum eodem penetratur; siquidem nihil aliud, præter tangi secundum totum, ad essendum in eodem loco, seù ad penetrationem requiritur, vt

patet in rebus diuisibilibus; ergo quamtumuis indiuisibilia puncta multiplicentur, nunquam tamen possunt extensum aliquod corpus constituere. Facta igitur quacumque continui diuisione, nunquam ad indiuisibilia reducitur, sed quælibet eius pars quantumlibet paruula adhuc continet infinitas partes, in quas vlterius in infinitum est diuisibilis.

13. Nihilominus euidens mihi est, continuum ex indiuisibilibus finitis componi, quod sic ostendo pro nunc. Partes omnes, in quas continuum diuidi potest sunt actu essentialiter distinctæ; non enim ea, quæ essentialiter identificantur diuisibilia sunt, vt patet de animalitate, & rationalitate hominis; Tùm quia si duæ partes, v. g. aquæ diuisæ constituunt numerum binarium, & postea coniunctæ, ac continuatæ, non amplius numerũ binarium conseruarent; consequenter ratio numeri à rerum substantiâ tan-

quam accidens superadditum, distingueretur; quod est idem ac dicere, tria non esse tria, sed quatuor, & quatuor esse quinque, &c. Si ergo partes, in quas continuum diuidi potest, sunt omnes actu distinctæ, iam singulæ partes non sunt amplius in alias realiter distinguibiles; sed quod non est distinguibile, est realiter, imò essentialiter simplex, & indiuisibile, ergo continuum ex indiuisibilibus constat; imò ex finitis indiuisibilibus; nàm si indiuisibilia possunt cōstituere extensum, vtique non penetrantur, & consequenter pro extenso finito indiuisibilia finita sufficiunt.

14 Ad concordandum igitur, quomodò continuum permanens ex indiuisibilibus finitis, non autem ex punctis Zenonisticis, seù Mathematicis componatur, opportuna mihi aliquãdo superuenit imaginatio; videlicet, indiuisibilia, ex quibus cōtinuum permanens componitur, esse quiddi-

tatiuè, & identicè extensa, quorum vnum nequit tangere aliud secũdum totum, sed secundum partem, non intrinsecè distinctam, sed per ipsum tactum extrinsecè designatam; dixi quidditatiuè, & identicè, ad differentiam minimorum naturalium, quæ secundum ipsorum fautores, sunt quidem extensa, sed non quidditatiuè, & identicè, cum saltem diuinitus vlterius diuidi possint, vel in infinitum, iuxta Aristotelem, vel vsque ad puncta Zenonistica.

15 Mirabilis, ac difficilis hæc doctrina aliquibus videbatur, sed in hac materia de continuo quid non difficile, quidue non mirabile, ac imperceptibile à Philosophis dici solet. Mirabilius quippe videtur, finitum ex infinitis constare, non minus, quam si infinitum ex finitis componeretur; incredibilius est ex paruula cuspide acus tot extrhai posse partes, quæ si iuxta ponerentur vniuersum orbem;

imò

imò spatia imaginaria in infinitum protendibilia occuparent. Difficiliùs est, ex vno indiuiso, atque indistincto continuo ligno, partes per diuisionem de nouo produci, & distingui, quasi talis in cultro diuidente sit virtus, vt non tantùm formam, sed etiam ligni materiam valeat educere, ne dicam creare; & tamen hæc omnia à pluribus Peripateticis asseruntur.

16 Non igitur tàm imperceptibile videri deberet cum dicimus, ex corpusculis finitis extensis omne continuum finitum extensum componi; nam si contra Zenonem rectè arguitur, quod ex inextensis nequit extensum constitui, consentaneum è contrario est, vt per extensa constituatur extensum. Porrò extensum nil aliud importat, nisi posse occupare spatium diuisibile; vndè sicuti lignum indiuisum potest spatium diuisum occupare; non mirùm si aliquod indiuisibile occupare possit spatium diuisibile;

nàm quemadmodũ se habet indiuisiĩ ad spatium diuisum, ità indiuisibile ad spatium diuisibile. Adde quod de ratione essentiali rei indiuisibilis, nõ est extensio per partes extra partes, vt patet cum partes ligni simul in eodẽ loco diuinitus penetrantur, vel cum plures gradus caloris cõsistunt in pũcto; ergo è contra de essentiali ratione rei extensæ non est diuisibilitas; Item extensio, & indiuisibilitas non sunt contradictoria, ergo nunquam probabitur hæc consequentia; est extensum, ergo est diuisibile. Tandem à priori; Corpus vtpotè impenetrabile est extensum; sed quælibet indiuisibilis pars corporis est corpus, sicut quęlibet indiuisibilis pars materię est materia; ergo quælibet indiuisibilis pars corporis est extensa. Et quidem corpus nil aliud importat nisi solam mamateriã cui quãtitas, seù extẽsio idẽtificatur vt inferius nu. 19. explicabo.

17 Sed contra hæc dicés 1. Si totum

corpu-

corpusculum nõ tangitur, ergo aliqua illius pars intrinseca tangitur, alia verò non; iàm ergo plures habet partes intrinsecas. 2. Linea quæ tribus corpusculis constaret, non posset diuidi in partes æquales, quod est contra Euclidem. 3. Si indiuisibile corpusculum esset extensum habebit latitudinem, longitudinem, & profunditatem; sed latitudo, non est longitudo, ergo distinguuntur. 4. Tale corpusculum in se haberet plura latera, pluralitas autem distinctionem importat. 5. Tale corpusculum posset occupare spatiũ diuisibile, si nimirùm supra duo corpuscula collocaretur; ergo naturaliter esset in duplici loco. 6. Dato vno corpusculo extenso indiuisibili, non implicaret aliud maius, & maius in infinitum; & sic dato corpusculo, v.g. bipalmari, posset secundum vnã partem calefieri, alia non calefacta, atque plura contradictoria de eodem indiuisibili verificari. 7. Dato vno indiuisibili

bili extenso, vel possent produci alia minora, & minora in infinitum, vel tandem ad mathematica puncta reduceretur productio; quidquid dicatur, vel in Aristotelis, vel in Zenonis sententiam incidimus.

28 Verum hæc omnia, vel alia similia non vrgent; nam facilis est respõsio ad 1. Nostrum corpusculum habere quidem partes intrinsecas, non intrinsecè distinctas, sed extrinsecè, scilicet in ordine ad tactum. Do exemplum manifestum; dum video hominem à longe cognosco eius intrinsecã animalitatem, non cognita intrinseca rationalitate, & tamen hæc duo non distinguntur intrinsecè per Thomistas, sed extrinsecè in ordine ad cognitionem, igitur in eodem indiuisibili plures partes intrinsecæ designantur, & distinguntur per tactum; sed non ideò sunt intrinsecè distinctæ. Ad 2. Euclidis dictum intelligi non, de diuisione physica, sed de mathematica; hoc

hoc est per designationē. Ad 3. Corpusculum esse latum, longum, & profundum identicè; in hoc enim consistit identica extensio; latitudo autē non est profunditas, quatenus accipiuntur in abstracto, & important diuersas de eodem corpusculo intellectus considerationes. Ad 4. Corpusculum habere plura latera, nō intrinsecè distincta, sed extrinsecè in ordine ad plures partes vniuersi; neque enim in eodem corpusculo datur vnum, & aliud, sed propter identicam extensionem, ita se habet in ordine ad ea, quę sunt sibi extrinseca, & accidentalia, ac si in ipso plures partes intrinsecè distincta darentur. Ad 5. distinguo cōsequens. Esset in duplici loco inadæquato concedo, adæquato nego; nàm ratione extensionis, posset medietatē vtriusque corpusculi inferioris occupare. Igitur argumentum vrget solos Zenonistas; nàm si punctum Zenonisticum super duo puncta loci collocare-

caretur; vtrumque punctum loci secundum se totum occuparet, & consequenter in duplici loco sibi adęquato vbicaretur, vel hoc ipso esset extensum, quod spatium diuisibile occuparet. Ad 6. De eodem indiuisibili extenso ea tantùm verificari possunt contradictoria, quæ sunt sibi extrinseca, scilicet quæ non important diuisionem, vt calefieri secundum vnam partem, nō verò secundum aliā, quæ quidem partes essent distinctæ nō intrinsecè, sed per extrinsecam calefactionem, vel aliud simile accidentale; quod verò per diuinam omnipotentiam produci possit corpusculū indiuisibile maius, & maius in infinitum, non maiorem difficultatem habet, ac produci posse maiora, & maiora in infinitum corpora diuisibilia; his tamen non opus habet natura, quæ ad continui fabricam solis paruulis corpusculis diuersimodè figuratis, modò maioribus, modò minoribus

indi-

indiget, vt propterea iuxtà exigentiam naturæ, nec diuisibilia, nec indiuisibilia corpora in infinitum maiora, & maiora ordinaria potentia produci possunt. Ad 7. dico; Puncta Zenonistica absolutè implicare, vt patet ex modò dictis nu. 16. & nu. 18. in Responsi. ad 5. Ideoque, facta corpusculorum productione per minus & minus, vel deueniendum esse ad aliquod minimum extensum, quo minus non sit possibile, vel in infinitum procedendum; neque enim ex hoc sequeretur dari in continuo infinitas partes actu distinctas, quod est maximum Aristotelis incommodum.

19 Quod si curiosius inquiras, an hæc doctrina de corpusculis extensis indiuisibilibus, non solum quantum ad materiam, verum etiam quantum ad materiales formas intelligatur? Respondeo, solam materiam esse corpus; ideoque materiam solam prædictis corpusculis esse compositam; non

formas

formas verò non esse corpora, sed actus corporis; nàm quæmadmodum formæ non sunt materia, sed materiales, ità non sunt corpora, sed corporeæ: de ratione autem corporis, non formæ corporeæ est extensio, & trina dimensio, in qua fundatur impenetrabilitas, tanquam corporis passio, quæque dicitur quantitas, & per me est ab ipsius materiæ substantia (ne gratis multiplicentur entia) realiter indistincta; cuius accidens, saltem diuinitùs separabile, est actualis impenetratio, seù actualis exclusio vnius partis ab alia. Per hanc actualem impenetrationem partium materiæ, excluduntur etiam ad inuicem partes formæ corporeæ, veluti per accidens, rationæ materiæ; nàm licet in Sacramento Eucharistiæ non detur materia panis, & vini; actualiter tamen impenetrantur accidentia, supplente Deo vices materiæ; siue ad actualem ipsorum accidentium penetrationem

non

non concurrente; Ex eo autem, quod partes corporeæ formæ non sint extensæ, non sequitur, quod positiuè sint pũcta mathematica, nam esse per se punctum, (si daretur) aut per se extensum sunt prædicata quantitatis, quæ cum sola materia identificatur; vndè partes corporeæ formæ non per se, sed per accidens, idest ad extensionem materiæ à qua dependent, vel cui inhærent, extenduntur, & quantificantur; sed iàm satis extra nostrum institutum immorati sumus.

20 Vt igitur ad negationes redeamus; dicimus, quod si infinitum in actu est impossibile, vt etiam in continuo permanenti ostendimus, impossibilis quoque erit omnis entitas realis negatiua, qua data, infinita multitudo talium entium admittenda esset, vt dictum est. Vide aliud argumentum contra negationes reales p. p. ar. 8. nu. 11.

21 At dices in fauorem realium negatio-

gationum. 1. Ens reale vniuersalissimum est intrinsecè diuisibile in ens reale positiuum, & in ens reale negatiuum per differentias essentiales, & formales, quia ab istis differentijs formaliter præscindit. 2. Datur contradictio prima realis; sed hæc requirit duo extrema realiter distincta; ergo dantur duo opposita extrema intrinsecè distincta in ratione prima, hoc est in ratione entis realis; sed hæc duo extrema alia esse non possunt, nisi ens reale positiuum, & eius realis negatio, ergo vtrunque extremum est ens reale. Verùm in priori argumento assumitur id, quod erat probandum, hoc enim est quod inquirimus, an scilicet detur ens reale negatiuum cõtrapositum enti reali positiuo; tanquam vnum ex membris diuidentibus ens reale vt sic; quemadmodum igitur asserimus entia negatiua abusiuè dici entia, ità pariter diuisionem prædictam, sicut etiam

aliam

aliam diuisionem in ens reale, & ens rationis abusiuè tantum admittimus. Ad aliud de contradictione, dicimus, primam contradictionem esse inter ens, & non ens, idest inter ens reale, & sui carentiam, quæ contradictio non arguit, sed potius dextruit entia realia negatiua; his positis.

22 Dico 2. Non dantur negationes, & priuationes rationis. Probatur ex dictis; quia negatio realis non datur, ergo neque datur negatio rationis, cum enim ens rationis sit ad instar entis realis, oportet, vt negatio rationis, sit ad instar negationis realis, vt in simili de relationibus superius ostendimus; sed ex dictis patet non dari negationes (idem dic de priuationibus) reales; ergo non dantur negationes rationis. Nec dicas te concipere tenebras ad modum nigredinis, aut vacuum ad instar spatij realis, & alia huiusmodi; nàm si attentè cogitas, aduertes te non conci-

pere negationes, aut priuationes ad modum alicuius entis realis, sed potius te cōcipere entia realia positiua, puta obscuritatem, & spatium, quorum vocabula vteris ad enunciandā, & significandam lucis carentiam, & corporis vacuitatem. Adde quod ad formandam negationem rationis non sufficit concipere, v. g. talem negationem ad instar nigredinis, sed requiritur vt concipiatur negatio ad modum negationis realis; nàm vt dictum est, sicuti ens rationis concipitur ad modum entis realis, ità negatio rationis non ad modum entis positiui, sed ad modum negationis realis concipi debuerat.

23 Obijcies 1. contra hanc conclusionem: Omnis denominatio formalis est ab aliqua forma, atqui oculus denominatur formaliter cæcus, ergo dari debet forma cæcitatis ipsum formaliter denominans, sed hæc forma non est realis, vt diximus in prima

conclu-

conclusione, ergo aliqua forma rationis, videlicet concepta per intellectum ad modum formæ realis. Resp. dist. ma. in denominationibus positiuis transeat, in negatiuis, nego; imò denominationes formales negatiuæ, eo quia negatiuæ sunt, non per formam, sed potius per carentiam formæ haberi debent. Vnde sicuti oculus constituitur formaliter non vidēs per solam carentiam visionis, siuè dispositionis ad videndum, ita per eandem carentiam constituitur formaliter cæcus, nàm esse cæcum, & esse non videntem, pariter sunt denominationes negatiuæ, imò idem formalissimè sunt. Confirmatur, quia per solam carentiam prædictam, seclusis quibuscunque alijs, oculus cæcus adæquatè differt, & distinguitur ab oculo, non cæco; ergo per eandem constituitur formaliter in esse cæcitatis, nam adæquatum distinctiuum est adæquatum, & formale constitutiuum,

tiuum, vt perpetua inductione notum est.

24 Obijcies 2. De eo quod nullo modo est non potest aliquid enunciari; sed de negationibus, & priuationibus multa enunciantur, vt cæcitas est in oculo, tenebræ in aere, &c. ergo aliquo modo sunt; & cum à parte rei non sint aliquid, sed nihil omninò sint, consequenter aliquo modo sunt per intellectum. Respondetur concedendo totum; sed hinc non sequitur quod sint entia rationis obiectiua contradistincta ab ente reali; siquidem sunt per intellectum abusiuè enunciata per vocabula impropria, nempè per verbum *est* quo abutimur ad explicandum aliquando etiam ipsum nihil, cum dicimus negationes à parte rei *sunt* nihil. Enunciationes igitur, quæ de negationibus fieri solent, negatiuè sunt interpretandæ, vt veræ sint. V. G. dùm dicimus *tenebræ sunt in aere* talis enunciatio verè signi-

significat lucem non esse in aere, falsò autem si intelligatur tenebras aliquid esse.

25 Obijcies 3. Oculum non esse videntem, aut non esse ad visionem dispositum non est idem, ac oculum esse cæcum, ergo oculum esse cæcum aliquid aliud importat præter nudam carentiam visionis, aut dispositionis; atque hoc aliud erit forma illa rationis, quæ denominat oculum formaliter cæcum. Antecedens, in quò est difficultas, sic putant euidenter probare; Esse, & non esse sunt contradictoria, quæ simul nequeunt verificari, ergo oculum non esse videntem, non est idem, ac oculum esse cæcum, alioquin in eodem oculo esse, & non esse simul verificarentur.

26 At si forma ista cæcitatis est ens rationis, timeo, ne intellectum fingentem potius, quam oculum reddat formaliter cæcum; forma enim melius causat suum effectum formalem, vbi

est, quam vbi non est; imò talis forma vtpotè intellectualis aptior esset ad denominandum intellectum, quam oculum corporeum. Igitur distinguo antecedens, enunciatiuè, & secundum modum significandi concedo; quidditatiuè, & secundum rem significatam, nego; licet enim sint diuersæ enunciationes, idem tamen significant, cum hac tamen differentia, quod vna propriè significat cæcitatē, nempè *oculum non esse videntem, aut non dispositum*; alia verò impropriè eandem cæcitatem significat, nempè *oculum esse cæcum*; Impropriè inquam enunciatur *esse* quod est pura carentia alicuius esse, vti est oculi cæcitas. Et hinc ad probationem eiusdem antecedentis dico; quod esse, & non esse, quando accipiuntur de eadem re significata, sunt quidem contradictoria; non verò, quando dicuntur per modum significandi diuersum, sæpè enim dicere solemus *est nihil*, &

non est aliquid, & ly *est*, & ly *non est* de eodem nihilo enunciamus.

27 Ex dictis manifestè apparet, quã impropriè, & inconsequenter loquantur illi, qui docent Priuationem esse tertium generationis principium, ac satis tædiose inquirunt, an Priuatio principiat per primum, an potius per vltimum sui esse; & tamen nobiscum sensiunt, priuationem nullum esse habere; siquidem esse principium, vel principiare per primum, aut per vltimum esse, ipsum esse supponit, quod de puro nihilo, falsò proculdubio enunciatur. Sed quid dicendum de priuatione, supposito, quod habeat aliquod esse reale negatiuum? an saltem in tali suppositione esset tertium generationis principium? Negatiuam partem probabiliorem existimo, cuius ratio mihi est; quia vel ideò priuatio principiat, quia simpliciter præcedit formæ productionem, & hoc dici non potest, alioquin etiam non

esse, siuè carentia materiæ concurreret tãquam principium ad ipsius materiæ creationem; creatio enim, cum sit ex nihilo, necessariò præsupponit non esse illius rei, quæ creatur. Vel ideo priuatio principiat, quia formã productam præcedit non simpliciter, sed in subiecto, & hoc etiam est falsũ, nàm priuatio animæ rationalis necessariò pręcedit in subiecto ipsius animę creationẽ, & tamen talis priuatio nullatenus dici debet principium illius; alioquin priuatio, non minus generationem, quàm creationem animæ rationalis principiaret. Sed neque respectù cuiuscunque formæ corporeæ, vel cuiuscunque generationis habet priuatio rationem principij; siquidẽ prima corporearum formarum productio fuit generatio, saltem in sensu minùs rigoroso, & tamen nulla præcessit in materia priuatio aliqua talium formarum, quæ proculdubio fuerunt à Deo simul cum materia

com-

comproductæ; non enim valet dicere cum aliquibus, formas corporeas in Mundi principio, absolutè fuisse creatas, actionemque Dei, earundem formarum productiuam fuisse omninò independentem à subiecto, nàm hoc voluntariè asseritur; & vt cætera omittam, sic argumentor; Nulla actio productiua à termino producto distinguitur, vt probaui p. p. art. 6. nu. 16. ergo quidquid de re producta dicitur, de actione productiua etiam dicendum est; atqui omnis forma corporea, adhuc in principio Mundi producta, vtpotè corporea, dependet à subiecto; igitur omnis productio formæ corporeæ à subiecto dependet; atque ex hoc capite, formæ omnes corporeæ, quæ ab initio Mundi in materia, & cum materia à Deo comproductæ fuerunt, potius genitæ, quam creatæ dicendæ sunt. Verum tamen est, quod talium formarum primordialis productio habuit quendam modum

dum creationis, eo quod non fuit determinata à materia vt informata aliqua forma præcedenti; imò licet fuerit dependens à materia, non tamen fuit ex materia modo à nobis explicato p. p. art. 4. nu. 4. quatenus scilicet forma, v. g. ignis non fuit facta ex materia ligni, aut stuppæ, nec forma auri ex materia sulfuris, vel mercurij, sed immediatè in nuda materia, & cum ipsa materia omnes formæ corporeæ comproductæ fuerunt.

28 Occasione huius doctrinæ, quam circa creationem, & generationem obiter dedimus, non piget incidenter etiam inquirere; An creatio ità sit solius Dei propria, vt nulla creatura tanquam causa principalis aliquid creare possit? & ne circa notionem virtutis principalis prout differt à virtute instrumentali inutiliter immoremur. Quæro, an quemadmodum datur in creaturis virtus principalis ad generandum, ità dari possit

aliqna

aliqua creatura, quæ similiter virtutem habeat principalem ad aliquid creandum; Circa hoc quæsitum magna est inter Doctores discrepantia; mihi verò iuxta tradita principia facilis est responsio affirmatiua; Creatio enim est productio rei ex nihilo sui, quatenùs nihil rei producendæ præsupponit, & ex nihilo subiecti, quatenùs nec subiectum est de quidditate rei producendæ, nec à subiecto determinatur agens ad talem rem producendam per proprium esse ipsius subiecti, aut per formam in ipso subiecto præexistentem (hoc enim propriè est produci ex nihilo sui., & subiecti, nec alio modo mihi videtur posse explicari); sed totum hoc non arguit infinitam, vel illimitatam virtutem in creatura; ergo per virtutem creatiuam, non extraheretur creatura ab esse creaturæ; & consequenter creaturæ, vt creaturæ creandi virtus non repugnat. Minor in-

qua poteſt eſſe difficultas, probatur; Nàm licet terminus creationis ſit illimitatus, vtpote ens in quãtum ens, cum ſit ex nihilo ſimpliciter, ſiuè rei producendæ, ſiuè ſubiecti; nihilominus, ſicut producere ex nihilo rei producendæ, non ſupponit virtutem illimitatam in creatura producente per generationem, ità producere ex nihilo ſubiecti, virtutem illimitatam in creatura non arguit; eadem enim eſt ratio de productione ex nihilo ſui, ac de productione ex nihilo ſubiecti, vel ſimul ex vtroque nihilo; ſiquidem vtrumque nihil, non facit productionem eſſe magis ex nihilo, quam ſi ex ſolo nihilo ſui aliquis effectus produceretur, neque datur nihil maius nihilo. Ratio autem fundamentalis eſt; quia illimitatio effectus producti ex nihilo ſui arguit ſolam neceſſitatem concurſus cauſæ illimitatæ, nempè Dei cum cauſa creata, vt ex D. Thom. diximus p. p. art. 4. nu. 4.
non

non verò arguit illimitationem in ipsa causa creata; ergo similiter illimitatio effectus producti ex nihilo etiã subiecti, non illimitationem in causa creata, sed illimitationem cum causa creata, nempè Dei illimitationem simul concurrentem, arguere potest; Quantumuis ergo illimitatio effectus magnificetur, nunquam tamen repugnat actiuitati creaturæ, quam diuina virtus, eadem actione concurrens, semper comitatur.

29 Neque ex dictis sequitur quod formica posset Angelum creare, tanquam causa principalis, eo quod in Angeli creatione non attenderetur virtus formicæ, sed virtus Dei concurrentis cum formica; nàm licet formicæ non obstet ratio illimitata entis, stante concursu vniuersalissimæ causæ; obstat tamen ratio Angeli, quam formica non continet; nulla enim causa dici potest principalis respectu effectus, quem in seipsa non

conti-

continet, quidquid ſit de cauſa, ſeu virtute obedientiali, quæ, ad differẽtiam cauſæ principalis, talem præcontinentiam effectus non requirit; ac propterea, ſecundum plures Doctores probabiliter quælibet cauſa poteſt obedientialiter à Deo eleuari ad producendum quodlibet, nõ autẽ quælibet poteſt applicari ad quodlibet producendum principaliter, ſed illud dumtaxat quod eſt ſibi proportionatum; proportio autem in eo conſiſtit, quod effectus producendus, formaliter, vel eminenter in cauſa producente contineatur.

ARTICVLVS VI.

De Vniuerſali vnitate rationis.

1 VT entia omnia rationis etiam ab vniuerſalibus rebus abijciamus, ſuppono dari ſcientias, ac de vniuerſalibus eſſe, contra Epicurum, qui

qui vt omnes ſcientias deleret, omnia vniuerſalia negauit; quod quidē ſatis inſipienter ſe docuiſſe putare debuerat, ſi nullam dari ſcientiam arbitrabatur. Non longè ab Epicuri ſententia diſtant Auctores illi, qui ſolas voces, aut ſolos conceptus aſſerunt eſſe vniuerſales in repreſentando, aut in ſignificando, nullum autē dari vniuerſale in eſſendo, ideoque in hac propoſitione, *Petrus eſt homo*, ly *homo* dicunt, non ſignificare rem aliquam pluribus communem, ſed eſſe nomen vniuerſale plura ſignificans; & quia quod rebus debetur, ſolis nominibus tribuunt, hinc Nominales vocantur, meritoque à S. D. noſtro Anſelmo lib. de Incar. acriter reprehenduntur tanquam *hæretici Dialectici putantes flatum vocis eſſe vniuerſales ſubſtantias*; nàm ſi ſcientia eſt de vniuerſalibus, iam non de rebus, ſed de vocibus, ac vocabulis tantùm datur per ipſos, vt ſic dicam, grammaticalis

ticalis ſcientia.

2 Tolerabilior eſt Platonicorum ſententia negans quidem vniuerſalitatem in creatis rebus, ſed ipſam admittens in diuinis Ideis; in quibus naturæ omnes ſummam habent neceſſitatem, æternitatem, & infallibilitatem; proptereaque ſunt idoneum ſcientiæ obiectum, de cuius ratione eſt æternitas, & infallibilitas; ſunt, inquiunt, Diuinæ Ideæ ipſæmet rerum naturæ, & eſſentiæ eminenter, hoc eſt perfectiſſimò modo in Deo contentæ, abſque imperfectione contingentiæ,& mutabilitatis; ſiquidem imperfectiones iſtæ non ſunt in rebus ratione eſſentiæ, ſed ratione exiſtentiæ, ſiuè creationis, & dependentiæ, atque limitationis; Igitur iuxta hanc ſententiam, dantur conceptus vniuerſales, dantur propoſitiones ſcientificæ non de ſolis vocibus, ſed de rebus neceſſarijs infallibilibus, & æternæ veritatis, quatenus ſcilicet ipſæ

res

res in Deo, siuè in Diuinis Ideis fulgent, atque in nostris conceptibus veluti in quodam speculo refulgent; Est namque secundum Platonicos nostra cognitio de rebus vniuersalibus, quo ad ipsarum scilicet essentiam; quædam diuinarum idearum refulgentia. Ex ista insuper refulgentia construunt etiam vniuersale logicum, seu prædicabile de indiuiduis extra Deum; nam quemadmodum esse quod habent creaturæ in Deo ipsis creaturis participatur, non quidem secundum esse diuinum, sed secundum prædicata essentialia creaturarum, ita per nostros conceptus, in quibus diuinæ ideæ refulgent, idem esse de indiuiduis eodem modo prædicatur; hoc est secundum prædicata essentialia, quæ sunt vniuersalia; Vndè quando dico *Petrus est homo* exprimo prædicata essentialia hominis vniuersalissima idest non exprimentia, nec includentia in tali conceptu obiectiuo

aliquod ſpeciale, ſiuè diuinum, ſiuè humanum; quæ prædicata eſſentialia ſic concepta, de quibuſcunque indiuiduis humanis ſunt prædicabilia, quod proprijſſimè eſt logicam vniuerſalitatem habere. Hanc itaque de vniuerſalibus genuinam Platonis ſententiã nõ dùm tolerabilem, ſed inſuper probabiliſſimam, ac valdè ſublimem exiſtimo; ex ea enim datur nobis infallibile diuinæ exiſtentiæ argumentum; nàm ſi datur ſcientia, proculdubio dari debet eius obiectum, neceſſariũ, æternum, & immutabile, quod ſolummodo in aliquo ente neceſſario, æterno, & immutabili contineri, aut conſiderari poteſt. Verùm a Platonicis diſſentio in eo, quod aſſerunt naturas axtra Deum non eſſe vniuerſales, nàm capere nõ poſsũ, quare natura illa, quę in diuinis ideis fulget, & in noſtris conceptibus refulget non ſit in illis indiuiduis, de quibus ſecundum Platonicam ſuppoſitionem, verè

atque

atque essentialiter prædicatur.

3 Sed intolerabilis omninò mihi est (vt ad propositum accedamus) vulgaris illa doctrina, quæ licet vniuersales naturas in rebus ipsis agnoscat, ipsarum tamen rerum vniuersalitatem taliter exanimem considerat, vt non aliter esse animandam, nisi per vnitatem rationis (quam formam vniuersalitatis nominant) nobis persuadere contendant. Vt igitur quam longè absint ab vniuersalibus naturis entia rationis ostendamus.

4 Dico vnicè. Præcisa quacunque intellectus operatione, natura à parte rei est formaliter vna in pluribus, quod est idem, ac dicere, natura à parte rei est perfectissimè, ac formaliter vniuersalis metaphysicè, seù in essendo. Conclusio hæc non solum est cōtra Epicureos, Platonicos, & Nominales, verùm etiam contra omnes Thomistas, plurimosque Scotistas docentes naturam in indiuiduis esse vniuersa-

uerſalem tantùm fundamentaliter, & fieri autem formaliter vniuerſalem, per intellectum præſcindentem naturam à differentijs, ſeù illam cognoſcentem ſecundum ſola prædicata eſſentialia; in quo ſtatu (quem vocant præciſionis) recipit natura formalem vnitatem, vel ob vnitatem conceptus præciſiui, vel ob vnitatem rationis conceptam, ſiuè potiùs confictam in ipſa natura, ex qua formali vnitate, natura habet eſſe formaliter vniuerſalis.

5 Prob. 1. noſtram concluſionem, & quidem quod natura, quæ dicitur vniuerſalis, v. g. natura humana detur in indiuiduis, nulli dubium eſſe poteſt; nàm certum eſt Petrum, Paulum, & Franciſcum naturam humanam habere; quod verò talis natura in ſuis indiuiduis ſit formaliter vna, ſic oſtendo. Natura humana Petri formaliter, ſiuè ex ſua ratione formali eſt eadem ſpecie cum natura Pauli;

Ergo est formaliter vna specificè in Petro, & Paulo, implicat enim esse formaliter idem, & non esse formaliter vnum; sed formalis vnitas specifica est illa, quæ ad constituendam naturam formaliter vniuersalem requiritur; ergo natura humana in Petro, & Paulo, &c. est formaliter vniuersalis. Idem argumentum fieri potest de natura animalis, quæ genericè est vna formaliter in Petro, & Equo. Maior huius argumenti ex eo patet, quia natura humana, quæ est in Petro, & Paulo numericè diuisa, ex sua ratione formali excludit multiplicitatem specificam; non enim duplicem speciem constituit; vnde sicuti Petrus est formaliter vnus numerò, quia ex sua ratione formali excludit multiplicitatem numericam, ità pariter natura, quæ est in Petro, & in Paulo est formaliter natura specificè vna, quia ex sua ratione formali excludit, & negat pluralitatem speci-

cificam, vnumquodque enim per id eſt formaliter vnum per quod formaliter multiplicitatem excludit. Minor autem eiuſdem argumenti indubitabilis mihi eſt; vnitas enim, quæ ad vniuerſale requiritur, non eſt vnitas numerica, hæc enim non vniuerſalem naturam, ſed particulare indiuiduum conſtituit; ergo eſt vnitas minor numerica, vt vocat Scotus; seù clariùs eſt vnitas, quæ ſecum compatitur pluralitatem numericam, nempè vnitas ſpecifica, aut generica.

6 Confirmatur 1. Quia pluralitas numerica, quam natura humana habet in ſuis indiuiduis nullam habet oppoſitionem cum vnitate formali ſpecifica; neque enim data tali vnitate, natura eſſet formaliter vna, & non vna ſimpliciter, ſed eſſet formaliter vna ſpecificè, & multiplex, ſiue nō vna numericè, quod eſt eſſe vnum, & non vnum in diuerſa ratione; ergo natura à parte rei eſſe poteſt formaliter

ter specificè, vel genericè vna in multis, ideoque formaliter vniuersalis.

7 Confirmatur 2. Quia natura, v.g. humana est tota in Petro, & tota in Paulo, vna ergo est natura humana in vtroque; atqui non est vna numerò, nam sic mysterium Sanctissimæ Trinitatis multò mirabilius constitueret in creatis, igitur vnitate specifica est vna; prima consequentia patet, nam si tota natura, seù species humana est in Petro, nõ datur aliquid aliud de specie, seù natura humana quod sit in Paulo, aut igitur nihil in Paulo est de natura humana, aut vna, & eadem natura est in vtroque. Antecedens in quo potest esse difficultas probatur, quia quidquid importat naturæ humanæ definitio totum tam in Petro, quàm in Paulo reperitur, sed definitio explicat, non medietatem, sed totam essentiam naturæ humanæ; igitur tota est in Petro, & tota in Paulo, neque enim Pe-

 trus

trus eſt ſemihomo, ſed integer homo, integram ſcilicet naturam humanam continens; nàm quemadmodum vnitas non eſt binarium, ſed eſt pars binarij, & ſemibinarium, eo quia in vnitate tota natura binarij non continetur; ita pariter, ſi in Petro tota natura, ſeù eſſentia humana non contineretur, Petrus eſſet ſemihomo, ſiuè pars hominis, & conſequenter definitio hominis ſpecifica, vel ipſi non conueniret, vel dimidiatè competeret. Nec te moueat, quod annihilato. V.G. Petro tota annihilaretur humana natura, nàm tota quidem annihilaretur in Petro, non autem tota annihilaretur ſimpliciter, ſed potius tota perſeueraret in Paulo.

8 Confirmatur 3. quia natura eſt prædicabilis de indiuiduis formaliter vt vniuerſalis; ergo formaliter vt vniuerſalis eſt in indiuiduis, de quibus prædicatur. Antecedens patet 1. quia prædicabilitas, ſiue remota, ſiue proxi-

proxima eſt proprietas vniuerſalis naturæ, imò proxima prædicabilitas eſt conſtitutiua vniuerſalis logici, vt omnes ſupponimus. Tum quia, quod de aliquo prædicatur ſemper eſt quid ſuperius ad illud; inepta enim eſt prædicatio inferioris de inferiori, vt ſi, v. g. dicatur, Petrus eſt Petrus; item inferioris de ſuperiori. v. g. animal eſt Petrus, falſa prædicatio eſt; igitur vera, ac legitima eſt prædicatio ſuperioris de inferiori; v. g. Petrus eſt animal; ſed ſuperius eatenus eſt ſuperius, quatenus eſt vniuerſale, ergo vniuerſale formaliter, vt vniuerſale de inferioribus eſt prædicabile; At nihil poteſt eſſe verè prædicabile de aliquo niſi verè ſit in illo; alioquin poſſet riſibilitas etiam de lapide prædicari; ergo ſi natura formaliter vt vniuerſalis eſt prædicabilis de indiuiduis, cōſequens eſt vt formaliter vniuerſalis in ſuis indiuidus reperiatur.
9. Concedunt aduerſarij naturam

forma-

formaliter vniuersalem esse prædicabilem de indiuiduis, siuè de quibusuis inferioribus; dicunt tamen, quod natura in actuali prædicatione vniuersalitatem amittit, ac propterea non prædicatur natura vt vniuersalis, v.g. de Petro, sed natura particularis. Acutè quidem; sed quare similiter dicere non permittitur; quod licet risibilitas sit humanitatis proprietas, in actuali tamen risu destruitur humanitas? Verùm nullus actus est destructiuus potentiæ, cuius est actus; actus enim potius est perfectio, & vltimum complementum potentiæ; ergo si natura vt formaliter vniuersalis est prędicabilis, formaliter etiam vt vniuersalis actualiter prædicatur. Respondent id verum esse quando potentia est positiua, non verò quando est negatiua, cuiusmodi est prædicabilitas naturæ vniuersalis; hæc enim consistit in negatiuo, videlicet in quadam non repugnantia, quæ tollitur quādo actua-

actualiter de indiuiduis prædicatur, sicut illuminabile, siuè obscurum, quod similiter consistit in negatiuo per actualem illuminationem tollitur. Rationem etiam à priori assignãt, quia, inquiunt, natura tandiù est vna, & vniuersalis quandiù non adest principium diuisionis; sed in actuali prædicatione, cum scilicet natura applicatur, adsunt indiuidua, quæ sunt principia diuisionis, vtpotè diuidentia naturam; ergo in actuali prædicatione nequit natura suam vnitatem, siuè formalem vniuersalitatem conseruare.

10 Sed nescio vndè habeant aduersarij, naturæ vniuersalis prædicabilitatem consistere in negatiuo; nàm si quæras ab ipsis, quid negat prædicabilitas naturæ vniuersalis? respondẽt negare repugnantiam; nec aduertunt ipsam repugnantiam esse aliquid negatiuum, quatenus importat impotentiam, vel impossibilitatem; vndè si præ-

si prædicabilitas naturæ vniuersalis in negatione repugnantiæ consistit, vtiq; in positiuo (quod est negatione-gationis) non verò in negatiuo constituenda est. Præterea, potentia negatiua tollitur per actum, cui contradictoriè opponitur, vt in paritate adducta de illuminatione, & obscuro illuminabili; prædicabilitas autem naturæ vniuersalis non opponitur contradictoriè cum actuali prædicatione; ergo per talem actum non tollitur; non inquam prædicabilitas opponitur contradictoriè actuali prędicationi, alioquin prædicabilitas esset negatio actualis prædicationis, sicut obscuritas, & illuminabilitas est negatio actualis illuminationis, quod certè est apertè falsum; nam sic vbicunque daretur negatio actualis prædicationis (vt re vera datur in lapide) daretur prædicabilitas. Denique per id constituitur natura prædicabilis, per quod constituitur vniuersalis, sed

nemo

nemo dixit quod per negationem cō-
stituatur vniuersalis, ergo nemini di-
cere licet, quod per negatiuum
constituatur prędicabilis. Ad ratio-
nem verò à priori, facilis est respon-
sio; naturam vniuersalem in actuali
prędicatione habere quidem princi-
pia diuidentia numericè, non specifi-
cè; ideoque diuidi quidem numericè,
intacta remanente specifica vnitate,
in qua, vt diximus, formalis ratio
vniuersalitatis consistit.

11 Denique probatur principaliter
eadem conclusio; Quia natura, v. g.
humana, independenter ab omni ope-
re intellectus habet secundum se for-
malem vnitatem, saltem tanquam
propriam passionem essentialem, vt
dicunt plures Scotistę; ergo talem
vnitatem formalem, siuè specificam
etiam in suis indiuiduis retinet; nàm
quod per suam essentiam est tale in
quocunque statu consideretur sem-
per est tale. Antecedens, quod

ſtatim negabitur, probatur 1. Quia natura ſecundum ſe eſt ens, ergo ſecundum ſe eſt vna, nàm ens, & vnum conuertuntur. 2. quia ſi formalem ſpecificam vnitatem haberet natura ab intellectu, vel illam haberet per vnitatem conceptus; vel per præciſionem, ideſt per cognitionem naturę, non cognitis indiuiduis; vel denique per aliquod ens rationis, nempè per aliquam formam vnitatis ab intellectu confictam; at nihil horum dici poteſt; non primum, quia vnitas conceptus nequit conſtituere obiectum formaliter vnum, ſi ſecundum ſe non eſt tale, vt patet in conceptu æquiuocò, qui licet ſit vnus, repreſentat tamen plura vt plura; nàm vnitas conceptus materialiter, & per accidens ſe habet ad vnitatem obiecti; vndè ſicuti multiplicitas conceptus non conſtituit plures naturas, cum poſſint eſſe plures conceptus de eadem natura in diuerſis intellectibus; ità ę contra,

contra, vnitas conceptus non facit naturam vnam præcipuè formaliter, & positiuè. Neque dici potest secundum, quod scilicet natura reddatur formaliter, & positiuè vna per hoc quod cognoscatur non cognitis indiuiduis, seù per hoc quod ab indiuiduis præscindatur; quia natura vt præcisa ab indiuiduis est natura considerata secundum se, siuè secundum sola prædicata essentialia, sed natura secundum se, non est per aduersarios formaliter, & positiuè vna, ergo neque talis est vt ab indiuiduis præcisa; non enim assignari potest quid aliud præter prædicata essentialia habeat natura in statu præcisionis, per quod formali, ac positiua specifica vnitate gaudeat in intellectu potiùs quàm in indiuiduis; non enim indiuidua obstant, vt diximus, vnitati formali specificæ, sed vnitati numericæ.

12 Quod si tandem ad entia rationis recurras, dicendo, naturam fieri forma-

uersalem tantùm fundamentaliter, & fieri autem formaliter vniuersalem, per intellectum præscindentem naturam à differentijs, seù illam cognoscentem secundum sola prædicata essentialia; in quo statu (quem vocant præcisionis) recipit natura formalem vnitatem, vel ob vnitatem conceptus præcisiui, vel ob vnitatem rationis conceptam, siuè potiùs confictam in ipsa natura, ex qua formali vnitate, natura habet esse formaliter vniuersalis.

5. Prob. 1. nostram conclusionem, & quidem quod natura, quæ dicitur vniuersalis, v. g. natura humana detur in indiuiduis, nulli dubium esse potest; nàm certum est Petrum, Paulum, & Franciscum naturam humanam habere; quod verò talis natura in suis indiuiduis sit formaliter vna, sic ostendo. Natura humana Petri formaliter, siuè ex sua ratione formali est eadem specie cum natura Pauli,

Ergo est formaliter vna specificè in Petro, & Paulo, implicat enim esse formaliter idem, & non esse formaliter vnum; sed formalis vnitas specifica est illa, quæ ad constituendam naturam formaliter vniuersalem requiritur; ergo natura humana in Petro, & Paulo, &c. est formaliter vniuersalis. Idem argumentum fieri potest de natura animalis, quæ genericè est vna formaliter in Petro, & Equo. Maior huius argumenti ex eo patet, quia natura humana, quæ est in Petro, & Paulo numericè diuisa, ex sua ratione formali excludit multiplicitatem specificam; non enim duplicem speciem constituit; vnde sicuti Petrus est formaliter vnus numerò, quia ex sua ratione formali excludit multiplicitatem numericam, ità pariter natura, quæ est in Petro, & in Paulo est formaliter natura specificè vna, quia ex sua ratione formali excludit, & negat pluralitatem spe-

cificam, vnumquodque enim per id eſt formaliter vnum per quod formaliter multiplicitatem excludit. Minor autem eiuſdem argumenti indubitabilis mihi eſt; vnitas enim, quæ ad vniuerſale requiritur, non eſt vnitas numerica, hæc enim non vniuerſalem naturam, ſed particulare indiuiduum conſtituit; ergo eſt vnitas minor numerica, vt vocat Scotus; ſeù clariùs eſt vnitas, quæ ſecum compatitur pluralitatem numericam, nempè vnitas ſpecifica, aut generica.

6 Confirmatur 1. Quia pluralitas numerica, quam natura humana habet in ſuis indiuiduis nullam habet oppoſitionem cum vnitate formali ſpecifica; neque enim data tali vnitate, natura eſſet formaliter vna, & non vna ſimpliciter, ſed eſſet formaliter vna ſpecificè, & multiplex, ſiue nō vna numericè, quod eſt eſſe vnum, & non vnum in diuerſa ratione; ergo natura à parte rei eſſe poteſt formali-

ter

tet specificè, vel genericè vna in multis, ideoque formaliter vniuersalis.

7 Confirmatur 2. Quia natura, v.g. humana est tota in Petro, & tota in Paulo, vna ergo est natura humana in vtroque; atqui non est vna numerò, nam sic mysterium Sanctissimæ Trinitatis multò mirabilius constitueret in creatis, igitur vnitate specifica est vna; prima consequentia patet, nam si tota natura, seù species humana est in Petro, nõ datur aliquid aliud de specie, seù natura humana quod sit in Paulo, aut igitur nihil in Paulo est de natura humana, aut vna, & eadem natura est in vtroque. Antecedens in quo potest esse difficultas probatur, quia quidquid importat naturæ humanæ definitio totum tam in Petro, quàm in Paulo reperitur, sed definitio explicat, non medietatem, sed totam essentiam naturæ humanæ; igitur tota est in Petro, & tota in Paulo, neque enim Pe-

trus eſt ſemihomo, ſed integer homo, integram ſcilicet naturam humanam continens; nàm quemadmodum vnitas non eſt binarium, ſed eſt pars binarij, & ſemibinarium, eo quia in vnitate tota natura binarij non continetur; ita pariter, ſi in Petro tota natura, ſeù eſſentia humana non contineretur, Petrus eſſet ſemihomo, ſiuè pars hominis, & conſequenter definitio hominis ſpecifica, vel ipſi non conueniret, vel dimidiatè competeret. Nec te moueat, quod annihilato. V.G. Petro tota annihilaretur humana natura, nàm tota quidem annihilaretur in Petro, non autem tota annihilaretur ſimpliciter, ſed potius tota perſeueraret in Paulo.

8 Confirmatur 3. quia natura eſt prædicabilis de indiuiduis formaliter vt vniuerſalis; ergo formaliter vt vniuerſalis eſt in indiuiduis, de quibus prædicatur. Antecedens patet 1. quia prædicabilitas, ſiue remota, ſiue

proxi-

proxima est proprietas vniuersalis naturæ, imò proxima prædicabilitas est constitutiua vniuersalis logici, vt omnes supponimus. Tum quia, quod de aliquo prædicatur semper est quid superius ad illud; inepta enim est prædicatio inferioris de inferiori, vt si, v. g. dicatur, Petrus est Petrus; item inferioris de superiori. v. g. animal est Petrus, falsa prædicatio est; igitur vera, ac legitima est prædicatio superioris de inferiori; v. g. Petrus est animal; sed superius eatenus est superius, quatenus est vniuersale, ergo vniuersale formaliter, vt vniuersale de inferioribus est prædicabile; At nihil potest esse verè prædicabile de aliquo nisi verè sit in illo; alioquin possset risibilitas etiam de lapide prædicari; ergo si natura formaliter vt vniuersalis est prædicabilis de indiuiduis; cõsequens est vt formaliter vniuersalis in suis indiuidus reperiatur.
9. Concedunt aduersarij naturam forma-

formaliter vniuerſalem eſſe prædicabilem de indiuiduis, ſiuè de quibuſuis inferioribus; dicunt tamen, quod natura in actuali prædicatione vniuerſalitatem amittit, ac propterea non prædicatur natura vt vniuerſalis, v.g. de Petro, ſed natura particularis. Acutè quidem; ſed quare ſimiliter dicere non permittitur; quod licet riſibilitas ſit humanitatis proprietas, in actuali tamen riſu deſtruitur humanitas? Verùm nullus actus eſt deſtructiuus potentiæ, cuius eſt actus; actus enim potius eſt perfectio, & vltimum complementum potentiæ; ergo ſi natura vt formaliter vniuerſalis eſt prędicabilis, formaliter etiam vt vniuerſalis actualiter prædicatur. Reſpondent id verum eſſe quando potentia eſt poſitiua, non verò quando eſt negatiua, cuiuſmodi eſt prædicabilitas naturæ vniuerſalis; hæc enim conſiſtit in negatiuo, videlicet in quadam non repugnantia, quæ tollitur quãdo actua-

actualiter de indiuiduis prædicatur, ſicut illuminabile, ſiuè obſcurum, quod ſimiliter conſiſtit in negatiuo per actualem illuminationem tollitur. Rationem etiam à priori aſſignāt, quia, inquiunt, natura tandiù eſt vna, & vniuerſalis quandiù non adeſt principium diuiſionis; ſed in actuali prædicatione, cum ſcilicet natura applicatur, adſunt indiuidua, quæ ſunt principia diuiſionis, vtpotè diuidentia naturam; ergo in actuali prædicatione nequit natura ſuam vnitatem, ſiuè formalem vniuerſalitatem conſeruare.

10 Sed neſcio vndè habeant aduerſarij, naturæ vniuerſalis prædicabilitatem conſiſtere in negatiuo; nàm ſi quæras ab ipſis, quid negat prædicabilitas naturæ vniuerſalis? reſpondēt negare repugnantiam; nec aduertunt ipſam repugnantiam eſſe aliquid negatiuum, quatenus importat impotentiam, vel impoſſibilitatem; vndè

ſi præ-

si prædicabilitas naturæ vniuersalis in negatione repugnantiæ consistit, vtiq; in positiuo (quod est negatione negationis) non verò in negatiuo constituenda est. Præterea, potentia negatiua tollitur per actum, cui contradictoriè opponitur, vt in paritate adducta de illuminatione, & obscuro illuminabili; prædicabilitas autem naturæ vniuersalis non opponitur contradictoriè cum actuali prædicatione; ergo per talem actum non tollitur; non inquam prædicabilitas opponitur contradictoriè actuali prędicationi, alioquin prædicabilitas esset negatio actualis prædicationis, sicut obscuritas, & illuminabilitas est negatio actualis illuminationis, quod certè est apertè falsum; nam sic vbicunque daretur negatio actualis prædicationis (vt re vera datur in lapide) daretur prædicabilitas. Denique per id constituitur natura prædicabilis, per quod constituitur vniuersalis, sed

nemo

nemo dixit quod per negationem cõstituatur vniuersalis, ergo nemini dicere licet, quod per negatiuum constituatur prędicabilis. Ad rationem verò à priori, facilis est responsio; naturam vniuersalem in actuali prędicatione habere quidem principia diuidentia numericè, non specificè; ideoque diuidi quidem numericè, intacta remanente specifica vnitate, in qua, vt diximus, formalis ratio vniuersalitatis consistit.

11 Denique probatur principaliter eadem conclusio; Quia natura, v. g. humana, independenter ab omni opere intellectus habet secundum se formalem vnitatem, saltem tanquam propriam passionem essentialem, vt dicunt plures Scotistę; ergo talem vnitatem formalem, siuè specificam etiam in suis indiuiduis retinet; nàm quod per suam essentiam est tale in quocunque statu consideretur semper est tale. Antecedens, quod

ſtatim negabitur, probatur 1. Quia natura ſecundum ſe eſt ens, ergo ſecundum ſe eſt vna, nàm ens, & vnum conuertuntur. 2. quia ſi formalem ſpecificam vnitatem haberet natura ab intellectu, vel illam haberet per vnitatem conceptus; vel per præciſionem, ideſt per cognitionem naturę, non cognitis indiuiduis; vel denique per aliquod ens rationis, nempè per aliquam formam vnitatis ab intellectu confictam; at nihil horum dici poteſt; non primum, quia vnitas conceptus nequit conſtituere obiectum formaliter vnum, ſi ſecundum ſe non eſt tale, vt patet in conceptu æquiuocò, qui licet ſit vnus, repreſentat tamen plura vt plura; nàm vnitas conceptus materialiter, & per accidens ſe habet ad vnitatem obiecti; vndè ſicuti multiplicitas conceptus non conſtituit plures naturas, cum poſſint eſſe plures conceptus de eadem natura in diuerſis intellectibus; ità è

contra,

contra, vnitas conceptus non facit naturam vnam præcipuè formaliter, & positiuè. Neque dici potest secundum, quod scilicet natura reddatur formaliter, & positiuè vna per hoc quod cognoscatur non cognitis indiuiduis; seù per hoc quod ab indiuiduis præscindatur; quia natura vt præcisa ab indiuiduis est natura considerata secundum se, siuè secundum sola prædicata essentialia, sed natura secundum se, non est per aduersarios formaliter, & positiuè vna, ergo neque talis est vt ab indiuiduis præcisa; non enim assignari potest quid aliud præter prædicata essentialia habeat natura in statu præcisionis, per quod formali, ac positiua specifica vnitate gaudeat in intellectu potiùs quàm in indiuiduis; non enim indiuidua obstant, vt diximus, vnitati formali specificę, sed vnitati numericæ.

12 Quod si tandem ad entia rationis recurras, dicendo, naturam fieri forma-

ſtatim negabitur, probatur 1. Quia natura ſecundum ſe eſt ens, ergo ſecundum ſe eſt vna, nàm ens, & vnum conuertuntur. 2. quia ſi formalem ſpecificam vnitatem haberet natura ab intellectu, vel illam haberet per vnitatem conceptus; vel per præciſionem, ideſt per cognitionem naturę, non cognitis indiuiduis; vel denique per aliquod ens rationis, nempè per aliquam formam vnitatis ab intellectu confictam; at nihil horum dici poteſt; non primum, quia vnitas conceptus nequit conſtituere obiectum formaliter vnum, ſi ſecundum ſe non eſt tale, vt patet in conceptu æquiuocò, qui licet ſit vnus, repreſentat tamen plura vt plura; nàm vnitas conceptus materialiter, & per accidens ſe habet ad vnitatem obiecti; vndè ſicuti multiplicitas conceptus non conſtituit plures naturas, cum poſſint eſſe plures conceptus de eadem natura in diuerſis intellectibus; ità è contra,

co[...]a, vnitas conceptus non facit n[...]ram vnam præcipuè formaliter, & [p]ositiuè. Neque dici potest secun[d]o n, quod scilicet natura reddatur [fo]rmaliter, & positiuè vna per hoc [q]uod cognoscatur non cognitis indi[u]iduis; seù per hoc quod ab indiuiduis præscindatur; quia natura vt præcisa ab indiuiduis est natura considerata secundum se, siuè secundum sola prædicata essentialia, sed natura secundum se, non est per aduersarios formaliter, & positiuè vna, ergo neque talis est vt ab indiuiduis præcisa; non enim assignari potest quid aliud præter prædicata essentialia habeat natura in statu præcisionis, per quod formali, ac positiua specifica vnitate gaudeat in intellectu potiùs quàm in indiuiduis; non enim indiuidua obstant, vt diximus, vnitati formali specificæ, sed vnitati numericæ.

12 Quod si tandem ad entia rationis recurras, dicendo, naturam fieri forma-

formaliter vniuersalem per vnitatem rationis; tanquam per formam vniuersalitatis; Cótra sic argumentor 1. Hæc vnitas rationis, vel fingitur, vel habet in ipsa natura à parte rei fundamentum; si primum, ergo & ipsa naturæ vniuersalitas merum figmentum est, vt dicebat Epicurus; vnumquodque enim tale habet esse qualis est eius ratio formalis. Si habet fundamentum in ipsa natura à parte rei, ergo hoc sufficit vt natura antecedẽter ad omne ens rationis sit absolutè, ac perfectissimè vna à parte rei. Probo hanc consequentiam ad hominem contra aduersarios præcipuè Thomistas, qui vt vidimus p. p. ar. 6. nu. 5. docent, Deum esse actualiter, absolutè, & perfectissimè Creatorem, & Dominum respectu creaturarum per hoc solum quod relatio creatoris, aut domini (quam supponunt esse formam rationis) habeat fundamentum, siue sit fundamentaliter in Deo; ergo si forma-

formalis vnitas rationis habet fundamentum in natura à parte rei, iam ipsa natura à parte rei, antecedenter ad omne ens rationis, pariter est actualiter, absolutè, ac perfectissimè vniuersalis; quia verò talis est per suam rationem formalem, siuè per suam essentiam, hinc dicimus quod sit etiam formaliter vniuersalis eodē modo, quo dicimus, naturam humanā per suam essentiam esse formaliter risibilem; non enim potest aliquid esse actualiter, absolutè, & perfectissimè tale, si tantùm in potentia, siuè fundamentaliter, & principiatiuè sit tale, vt latius in similibus loco cit. ostendimus.

13 Præterea contra eandem vnitatem rationis, quæ supponitur forma vniuersalitatis naturæ, sic discurro; Ens rationis non est verum ens, sed ad instar entis, vt sæpè diximus ex communi acceptione; ergo forma vniuersalitatis rationis non est vera

forma vniuersalitatis, sed ad instar formæ vniuersalitatis; nàm ità se habet simpliciter ad simpliciter, sicuti tale ad tale, & quod deficit in ratione superiori entis, in omni alia inferiori ratione deficit; si ergo forma rationis non est vera forma, ergo per ipsam non fit natura verè vniuersalis, sed falsam habebit vniuersalitatem, sicut eius forma falsam habet entitatem. Adde, quod si ens rationis est ad instar entis, scilicet realis; ergo formalis vnitas rationis ad instar formalis vnitatis realis esse debet; atqui per aduersarios nulla datur, nullaque possibilis est in natura formalis vnitas realis, quomodo ergo, vel ad cuius instar dabilis est formalis vnitas rationis? non quidem ad instar vnitatis numericæ, quia hæc est vnitas particularis; si ergo ad instar vnitatis specificæ, vel genericæ, iam dantur istæ vnitates reales, ad quarum instar vnitates rationis ab intellectu formantur.

24 Concludendum propterea est nullam esse necessitatem alicuius entis rationis ad vnitatem formalem naturæ vniuersalis constituendam; cùm natura ipsa ex suis prædicatis essentialibus sufficienter sit formaliter vna in multis, ac præciso opere intellectus formaliter metaphysicè vniuersalis, atque sufficientissima, vt depurata ab indiuiduis per cognitionem præcisiuam, possit de vnoquoque indiuiduo, tanquam logicè vniuersalis, sine aliqua fictione, adæquatè prædicari; quod vt euidentius argumentorum solutione innotescat.

25 Obijcies 1. Si natura esset formaliter vniuersalis à parte rei, tot essent vniuersales naturæ. v. g. humanæ, quot homines, quia Petrus est homo, Paulus est homo, & sic de cæteris; homo autem est aliquod vniuersale per nos; ergo Petrus est aliquod vniuersale, & sic similiter Paulus, Franciscus, & omnes homines essen-

tia vniuersalia. Respondetur negando sequelam, ex cuius probatione solùm sequitur, quod essentia hominis sit tota in singulis hominibus, & consequenter quod sit specificè vna in omnibus; quia verò est indiuidualiter, siuè numericè diuisa; hinc est, quod dicere non licet, Petrum esse vniuersalem, aut esse speciem; quia cum dicis Petrum, iam reduplicas differentiam indiuidualem petreitatis numericè diuidentem naturam; specificatiuè autem dici potest, Petrum esse vniuersalem, quatenus naturam humanam vniuersalem includit.

16 Obijcies 2. Natura vniuersalis est indifferens vt sit in hoc, vel illo indiuiduo; sed à parte rei non est talis, cum sit determinata, & essentialiter contracta ad singula indiuidua; ergo à parte rei non est vniuersalis. Confirmatur; quia natura Petri non est prædicabilis de Paulo; ergo natura Petri habet aliquid speciale in Petro,

quod

quod non habet natura Pauli ; ergo non est vna , & eadem in singulis indiuiduis. Respondetur ad argumentum negando maiorem , si sermo sit de vniuersali in essendo, seù metaphysico, cuiusmodi est natura à parte rei, cum enim natura metaphysicè vniuersalis de facto sit in omnibus indiuiduis , nequit dici indifferens ad essendum in hoc, vel illo indiuiduo, nisi fortasse remotè, quatenùs idonea est, vt præcisa ab indiuiduis possit de singulis indifferenter prædicari. Ad confirmationem nego antecedens ; est enim vna , & eadem natura in Petro, & Paulo ; imò si taliter non se haberet, vtiquè neque præcisa per intellectum posset eadem natura de vtroque verè prædicari; falsò enim prædicatur de pluribus id, quod in pluribus verè, & realiter non existit.

17 Obijcies 3. Vnitas formalis , seù specifica naturæ humanæ à parte rei identificatur cum vnitate numerica,

seù materiali cuiuscunque indiuidui, nam Petrus est formaliter, & identicè homo, hoc est, Petrus identicè continet naturam humanam, quæ per nos est formaliter, seù specificè vna; sed vnitas numerica est multiplex in pluribus; ergo etiam vnitas formalis, & vnumquodque indiuiduum habet suã specialem vnitatem formalem; ergo natura à parte rei non est formaliter vna, sed formaliter, hoc est specificè multiplex, quod est maximum incõueniens, ad quod vitandum dici debet, naturam nullam habere vnitatẽ formalem, nisi per intellectum. Respondetur; quod vnitas sequitur naturam, tanquam ipsius proprietas, & consequenter eo modo multiplicatur vnitas quo multiplicatur natura; cum igitur natura multiplicetur non formaliter, & specificè, sed numericè tantùm, consequens est, vt eodem modo multiplicetur eius vnitas formalis; hæc igitur non multiplicatur

formaliter, sed numericè, etenim non valet consequentia, vnitas formalis multiplicatur, ergo multiplicatur formaliter; sicut per aduersarios non tenet hoc argumentum, natura humana à parte rei est fundamentaliter vniuersalis, sed natura humana à parte rei multiplicatur in omnibus indiuiduis; ergo tot sunt naturæ humanæ fundamentaliter vniuersales, quot sunt indiuidua.

18 Obijcies 4. Vnitas formalis sumitur à forma; sed nulla forma in Petro, & Paulo est vna; ergo Petrus, & Paulus nullatenus sunt vnum formaliter, & consequenter natura in ipsis non est formaliter vniuersalis. Respondetur, transeat maior: nàm ipsa natura, cum sit per se formaliter vna specificè, non indiget alia forma vnitatis, sicut ea non indiget Petrus vt sit formaliter vnus numerò; sed quidquid sit de hoc, distinguo minorem; nulla forma in Petro, & Paulo

est vna numerò concedo; vna specie nego, & sic negatur consequentia; natura enim, quæ constituit Petrum, licet sit numericè, seù materialiter diuersa à natura, quæ Paulum constituit, eadem tamen est specificè, siuè formaliter; vnitas autem, quæ vniuersalem naturam constituit, specifica, & formalis, non autem numerica, siuè materialis esse debet.

19 Obijcies 5. Singulare, & vniuersale sunt opposita inter se; ergo non possunt simul realiter identificari, non ergo vnum indiuiduum totam naturam vniuersalem sibi realiter identificat. Præterea tota species humana continet plurima indiuidua, sed in vno indiuiduo non sunt plura indiuidua, ergo in vno indiuiduo non est tota species, seù natura humana vniuersalis, & consequenter à parte rei in indiuiduis non datur natura, quæ sit vna, & eadem in omnibus, & singulis. Respondetur ad primum; singu-

singulare, & vniuersale se habere, tanquam formam, & subiectum, natura enim, v.g. humana, quæ est vniversalis, est formalis ratio constituens hominem, singularitas autem, v.g. Petreitas est ratio materialis, & subiectiua; vndè sicut in physicis forma, & subiectum non solùm non excluduntur, sed ad inuicem physicè vniuntur, ità in metaphysicis vniuersalitas, & singularitas metaphysicè, hoc est identicè, copulantur; nego igitur antecedens.

2. Ad 2. distinguo maiorem, species humana continet plura indiuidua per accidens concedo, per se, nego; continet inquam plura indiuidua per accidens, quia videlicet plura dantur indiuidua humana; non autem per se, nàm si solus Petrus esset possibilis, adhùc solus Petrus totam naturam humanam contineret, eodem modo, ac nunc, vt de Angelis docent Thomistæ; imò adhuc esset

vniuersalis, quia si de facto non esset in pluribus, hoc per accidens se haberet, scilicet ob indiuiduorum defectum. Potest etiam ad idem argumentum negari maior; species enim humana non continet plura indiuidua, sed potius in indiuiduis, sicut forma in subiecto, continetur.

21 Obijcies 6. Si natura vniuersalis tota est in Petro; ergo tota natura Petri est prædicabilis de Paulo, de quo proculdubio natura humana prædicatur; sed hoc implicat, quia sic Petrus esset Paulus. Respondetur 1. naturam humanam, quæ est in Petro, & in cæteris indiuiduis esse vniuersalem metaphysicè, seù in essendo, non logicè, & in prædicando; & sic nego suppositum; quod si talis natura taliter per intellectum ab indiuiduis præscindatur, vt ipsa indiuidua non includat, potest quidem eadem natura de quibuscunque indiuiduis humanis indifferenter prædicari; secùs verò

dùm

dùm in suis indiuiduis consideratur existens. 2. Negari posset minor, neque propterea sequeretur quod Petrus esset Paulus, quia Petrus dicit rationem indiuidualem petreitatis, quæ certè non esset in Paulo, etiam si Petri natura sit specificè eadem in vtroque, atque de vtroque æqualiter prædicabilis.

22 Obijcies 7. Non datur à parte rei nisi vnitas similitudinis, & conuenientiæ inter indiuidua; sed conuenientia, & similitudo potius important multiplicitatem, quam vnitatem; similitudo enim saltem duo supponit; ergo nequeunt constituere vnitatem formaliter vniuersalem, sed ad summum fundamentaliter, quatenus intellectui præbent motiuum cōcipiendi aliquam vnitatem, quæ dicitur vnitas rationis ratiocinatæ, seù cum fundamento in re. Respondetur nego maiorem; similitudo enim non est vnitas, sed in vnitate fundatur, teste

teste Arist. 5. metaph. & conuenientia non est vnitas, sed in vnum venientia. Non igitur indiuidua sunt vnum vnitate specifica, quia sunt similia, sed potius sunt similia, quia in aliqua ratione sunt vnum vnitate specifica, aut generica; quod si quæras, in quo ergo talis vnitas specifica, vel generica consistit? Dico, talem vnitatem consistere in identitate formali prædicatorum essentialium, quæ identitas indiuisionem, seù negationem diuisionis formalis importat, & dicitur formalis, quia est secundum prædicata formaliter constituentia quidditatem, siuè essentiam rei, v. g. hominis, cuius prædicata formaliter constituentia sunt esse animal rationale, respectu quorum prædicatorum, veluti per accidens, & materialiter se habent indiuiduales rationes. Atque hæc est vnitas illa, quę rationem entis essentialiter comitatur; natura enim siuè secundum se, siuè in indiuiduis,
siuè

siuè in intellectu consideretur semper est ens reale positiuum; ergo semper est realiter, ac positiuè vna; vnitas enim est prædicatum transcendentale, quod consequitur ens in quantum ens, & cum ipso ente identificatur, vt docet Philos. 4. met. Cæterum adhuc breuiùs responderi posset. 2. ad propositum argumentum; similitudinē dicere plura vt plura numericè, cum quo bene cohæret vt eadem similitudo specificam, seù formalem vnitatē importet.

23 Obijcies 8. Natura vniuersalis est scientiarum obiectum, ideoque æterna, necessaria, & infallibilis, sed nulla natura à parte rei est huiusmodi; ergo nulla natura à parte rei est vniuersalis.

Prò responsione ad maximum hoc Platonicorum argumentum, quod etiam militat contra vniuersale per intellectum, suppono, aliquid esse realiter à parte rei non significare in-

præsen-

præsenti esse extra causas, siuè esse existens; sed significare esse independenter ab intellectus operatione; vnde licet Petrus non existat, adhuc tamen est realiter homo, siuè animal rationale, quamuis absolutè non sit, imò absolutè nihil sit; quia absolutè esse, ipsam importat existentiam, quæ quomodocumque explicetur, accidentalis, ac contingens est; at Petrum esse hominem, & hominem esse animal rationale, & non innhibile necessarium, atque reale est, ità quod destructa existentia Petri, non per hoc tollitur hoc quod est Petrum esse hominem; & dextructo homine, homo simpliciter non est; sed non dextruitur hoc quod est hominem esse animal rationale; nam hoc maximè necessarium est; ad eum modum quo necessarium, atque perpetuum est tria, & quatuor esse septem etiam si nihil sit quod numeratur, vt dicit August. lib. 2. de libero arbitrio, quod ex pro-

fesso

fesso docet noster S.D. Anselmus dialogo de venit. cap. 14. Itaque lice rerum existentiæ sint contigentes nihilominus rerum essentiæ sunt æternæ, immutabiles, & necessariæ; quæ quidem essentiarum necessitas, & immutabilitas, siuè per puram potentialitatem ad existendum, siuè per connexionem prædicatorum explicetur, siuè consistat in ipsismet rebus pro vt sunt in diuinis ideis, vel intra proprias causas quomodolibet secundum diuersa Doctorum placita explicetur, semper tamen certum est, quod tale esse essentiæ aliquid reale est, nō autem rationis, siue ab aliqua intellectus operatione dependens. Igitur ad argumentum nego minorem; nàm omnis natura à parte rei, hoc est præciso opere intellectus, siuè in statu existentiæ, siuè in statu possibilitatis, siuè in diuinis Ideis semper, necessariò, ac immutabilirer est formaliter vna, & eadem in suis indiuiduis quo-

modo-

modolibet consideratis.

24 Obijcies 9. Quidquid datur realiter à parte rei est singulare; ergo nihil datur realiter à parte rei quod sit vniuersale; consequentia patet; antecedens probatur, quia quidquid datur realiter à parte rei vel est Deus, vel creatura; Deus autem singularissimus est, ac indiuidualiter vnus; creatura verò, cum sit producta secundum omnem rationem quam includit, nihil continere potest quod singulare non sit, productio enim nō vniuersalium est, sed singularium.

25 Respondetur nego antecedens, ad cuius probationem dico ex superiori doctrina, creaturam non esse productam, & esse productam secundum diuersam considerationem; neque enim Petrum esse hominem, aut esse indiuiduum singulare, vel hominem esse animal rationale est quid productum; nàm vt modo dixi, hoc æternum, necessarium, & immutabile

est,

est, quia siuè sit productum, siuè non sit productum, siuè intra, siuè extra suas causas contineatur, semper tale est, nec aliter esse potest; igitur producitur creatura quatenùs per existētiam accipit esse simpliciter, non autem accipit esse hoc, vel illud, siuè vniuersale, siuè particulare, & per illud esse simpliciter quod accipit, transit creatura à nihilo simpliciter ad esse simpliciter, non autem à non esse tale ad esse tale; quasi homo non sit animal rationale, nisi per productionem; est enim ante productionem realiter animal rationale intra causas, siuè in diuinis ideis; & sic natura humana, quæ per nos ex sua essentiali ratione est vniuersalis, eodem modo necessariò, atque in omni statu realiter, hoc est præciso opere intellectus, necessariò est vniuersalis. Quādo autem dicitur, productionem esse particularium non vniuersalium; dico, nec quidem particularium esse

quo ad essentiam; non enim minus essentiale est Petro eius singularitas, quam homini esse animal rationale; dicitur autem quod productio sit singularium; quia quidquid producitur singulare est, ad escludendam illam sententiam, quæ Platoni falsò tribuitur, scilicet à Deo fuisse productam quandam naturam vniuersalem à singularibus separatam; non autem negatur, in productione singularium esse etiam productam naturam vniuersalem in ipsis singularibus identificatam. Vel secundum nostrum Corsalium tom. 1. met. qu. 2. art. 5. productio est singularium, quia existentia, quæ est terminus productionis, cum sit vltimus actus essentiæ in genere entis, non actuat nisi essentiã completam vsque ad vltimam differentiam etiam indiuidualem.

26 Sed dices, ex tradita doctrina sequitur nihil dari in Petro, quod sit creatura, non esse hominis, non esse

Petri, non esse animalis, non esse substantię; nam hæc sunt ipsi essentialia, quid igitur datur in Petro, quod sit creatura, aut creabile? Respondetur nego antecedens; imò omnia; quæ sunt in Petro creabilia sunt, & ipsum esse creaturæ, atque ipsum esse creabile non est minus essentiale in Petro, quam esse Petri, & esse hominis; omnia inquam essentialia Petri sunt essentialiter creabilia, ac propterea essentialiter subsunt Diuinæ omnipotentiæ vt de facto produci possint; siuè vt per existentiam quomodolibet explicatam extra suas causas cōstituantur. Igitur totus Petrus producitur, seù accipit per existentiam simpliciter esse, quamuis nihil Petri accipiat esse tale, vel tale; nàm Petrū esse talem, idest substantiam, animal, hominem, singularem, continentem naturam vniuersalem, independenter ab actuali productione, necessariò est in Petro in quocūq; statu reperiatur;

27 Quod si quæras, an esse essentiæ siue, an Petrum esse hominem sit à se, an potius à Deo. Respondét aliqui; Petrum esse hominem, aut hominem esse animal rationale dependere à Deo tanquam à causa prima Ideali essentiali; quia Deus est primũ imitabile imitabilitate essentiæ, ergo vt tale ab essentijs creaturarum imitatiuè participari debet; ita veteres Thomistæ. Alij dicunt rerum essentias esse terminum materialem diuinę efficientiæ, cuius terminus formalis est existentia, ideoque rerum essentias pendere à Deo tanquam à causa effectiua. Verùm adhuc arbitror probabiliter dici posse; hominem secundum esse essentiæ, idest hominẽ esse animal rationale, nec esse à se, nec dependenter ab alio; hæc enim prædicata dicuntur de esse simpliciter, non de esse tale, vel tale, ideſt, non de rebus quo ad essentiam, sed quo ad existentiam. Et quidem, hominem esse

esse animal rationale præscindit ab esse, vel non esse simpliciter; sed esse simpliciter duplici modo se habere potest, scilicet, vel à se, vel ab alio; ergo hominem esse animal rationale ab vtroque modo præscindit. Item hominem esse animal rationale in suo conceptu dicit potentialitatem ad essendum, ergo ex suo conceptu neque est à se, neque ab alio; quia esse à se, vel ab alio, non potentialitatem, sed essendi actum importat; igitur homo non à se, neque ab alio, sed potius per se est id quod est.

Obijcies vltimò. Plura inconuenientia 1. Si eadem natura, v. g. humana esset in Christo Domino, & in Iuda, iàm eadem natura esset beata, & damnata. 2. Non posset Deus annihilare Petrũ, nàm eius natura remaneret in Paulo. 3. Nõ posset Deus ex nihilo simpliciter creare Petrum, quia eius natura præexistebat in Paulo. 4. Daretur in creatis ineffabile

Trinitatis mysterium, & eo mirabilius, quod in diuinis vna natura est in tribus personis; at in creatis vna natura esset in infinitis indiuiduis.

Respondetur ad 1. Vnam esse naturam in Christo Domino, & in Iuda nil aliud importare, nisi Christum, & Iudam esse eiusdem speciei, quod de fide est; nullum igitur est inconueniens, si eiusdem specificæ naturæ vnum indiuiduum damnetur, aliud verò non. Ad 2. & 3. dicimus quod annihilare, vel creare non de natura secundum prædicata essentialia, sed secundum prædicata existentialia dicuntur, existentia autem facit hominem simpliciter esse, non autem facit hominem esse animal rationale, vt dictum est; igitur per creationem homo habet existentiam, per quam simpliciter est, ideoque ex nihilo simpliciter fit; per annihilationem verò tollitur ab homine existentia, & simpliciter esse, ideoque in nihilum simpli-

pliciter redigitur; ergo vtrumque potest Deus facere, intacta remanente hominis essentia, de cuius immutabili ratione non est esse simpliciter, seù existere, sed est esse animal rationale.

28 Ad quartum denique inconueniens de Sanctissimæ Trinitatis mysterio, dicimus, nostram doctrinam longissimè ab eo distare; natura namque diuina est vna numero in tribus personis omninò indiuisa; natura verò vniuersalis est vna specie in suis indiuiduis numericè diuisa, & multiplicata. Fateor tamen per aliquam analogiam dari nobis in natura vniuersali aliquod Diuinæ Trinitatis vestigium; quatenus natura est vna in pluribus, ex cuius notitia faciliùs ad illud ineffabile mysterium contemplandum assurgere possumus; *Nam si non adhuc intellexerunt* (inquit noster S. D. Anselmus lib. de Incarnat. Verbi c. 2. *plures homines in specie*

esse vnum hominem, qualiter in illa sacratissima, & altissima natura comprehendent, quomodo plures personæ, quarum singula est perfectus Deus, sit vnus Deus, &c.

Ex dictis ergo patet, dari à parte rei vniuersalia scilicet genera, & species non dùm fundamentaliter, sed etiam formaliter; dari etiam quidditates prædicati, & subiecti, ac immeritò hæc, & similia vocari secundas intentiones rationis; siquidem nil aliud ipsis tribuit intellectus, nisi prędictorum nominum, siuè vocabulorum impositionem.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De distinctione rationis.

1 DVplex distinctio rationis communiter assignatur; alia cum fundamento in re, & dici solet distinctio rationis ratiocinatæ; alia sine funda-

fundamento in re, quæ dici solet rationis ratiocinantis. Sed adhuc aliter distinguendam esse puto distinctionem rationis, videlicet in distinctionem rationis exercitam, & distinctionem rationis obiectiuam. Distinctio rationis exercita se tenet ex parte ipsius cognitionis exprimẽtis obiectum secundum aliquam ipsius partem, seù formalitatem, & non secundum omnes; vt dùm concipit Petrum esse animal, non concipiendo esse rationale; tunc enim ipsa cognitio Petri inadæquata exercitè distinguit vnum ab alio, quatenus formaliter per seipsam est expressio vnius, & nõ alterius; hæc autem exercita distinctio non est ens rationis obiectiuum, quod in præsenti impugnamus; non enim aliquod falsum, aut impossibile concipit in hoc casu intellectus, quia non concipit, nec fingit animalitatẽ Petri non esse realiter rationalitatẽ, sed concipiendo vnum, non concepto alio,

to-alio, merè præcisiuè se habet; præscindentium autem non est mendacium; ac propterea illa animalitas, quæ cognoscitur, est vera animalitas Petri, licet secundum omnia, quæ identicè, & realiter includit, non cognoscatur; ipsa etiam cognitio est verus, ac realis actus intellectus inadæquatè cognoscentis reale obiectum; nihil igitur rationis contradistinctum ab ente reali in hac distinctione, seu potius præcisione inuenitur.

2 Distinctio autem rationis obiectiua, tunc esset, si daretur, quando intellectus conciperet, aut fingeret, siuè sibi obijceret aliquam distinctionem, vbi re vera non datur; tunc enim talis distinctio haberet esse tantùm obiectiuum in intellectu, & consequenter esset ens rationis, ab ente reali contradistinctum. At consultò dixi, si daretur; non enim minorem habet implicantiam hæc distinctio, quàm reliqua omnia entia

ratio-

rationis hactenus impugnata; nàm, in primis, talis distinctio rationis non esset ens; ergo nihil esset; patet antecedens, quia ens importat vnitatẽ, quæ est prædicatum transcendens, & sequitur ens in quantum ens; distinctio autem non potest vnitatem importare, cum potius vnitati opponatur; ergo nulla distinctio, vt distinctio ens rationis, imò neque ens reale esse potest.

31 Dices, Distinctio, quæ v. g. est inter Petrum, & Paulum, non est duplex, sed vna; ergo etiam distinctio dicit vnitatem, & consequenter rationem entis importat. Sed contra, quia distinctio in suo conceptu formali ad minus dicit duplicitatem entium; ergo non potest in suo conceptu formali dicere vnitatem; nil enim in suo conceptu formali includit opposita. Dicit, inquam, distinctio dualitatem *entium*; quia cum secundum se nihil sit, nec vnitatem, nec duali-

tatem secundum se dicit; conceptus enim formalis cuiuscũque distinctionis non differt, neque est aliquid aliud à conceptu formali illorum entium, quæ distincta dicuntur.

4 Quod vt melius confirmetur, sic discurro. Si distinctio secundum se importaret aliquam entitatem, vel hæc esset vna, vel duplex; si vna, ergo, cum inter Petrum, & Paulum detur distinctio, iàm vnum, & idem indiuisibiliter esset in vtroque identificatum realiter, ac propterea Petrus, & Paulus identificarentur realiter cum vno tertio indiuiso, & indistincto, quod in creatis est imperceptibile. Si ergo distinctio duplicem dicit entitatem; quæro, an ista duplex entitas sit diuersa ab entitate entium distinctorum, v. g. Petri, & Pauli; an potius sit realiter eadem cum illis? Non æquidem est diuersa, alioquin Petrus, & Paulus essent quatuor entia, nec dabilis esset distinctio aliqua,

quę

quæ quatuor entitates ad minus non importaret; & quia quatuor istæ entitates sunt etiam distinctæ, alias quoque entitates in infinitum multiplicare oportet. Non ergo distinctio duorum, v. g. Petri, & Pauli est vnum aut duplex aliquod ens ab ipsorum entitate diuersum, & consequenter nulla distinctio secundum se est aliquid.

5 Ex hac autem doctrina aliud nō inefficax argumentum cōtra eandem distinctionem rationis fieri potest, tali pacto. Ad hoc vt intellectus formet distinctionem rationis. v. g. inter animalitatem, & innhibilitatem equi, debet illam fingere, seù concipere ad instar, seù ad modum alicuius distinctionis realis in particulari (nàm distinctio realis vt sic, & secundum se nullum habet proprium esse conceptibile, vt dictum est) sed distinctio realis particularis sunt ipsa entia realia particularia, v. g. Petrus, &

Paulus ; ergo ad hoc vt intellectus formet distinctionem rationis inter animalitatem,& innhibilitatem equi, debet inter hæc concipere duo entia realia, puta Petrum, & Paulum,quod est ridiculum.

Dices, distinctio vt sic est prædicabilis de pluribus hominibus, de pluribus equis, de pluribus lapidibus,&c. nàm valet dicere; hic, & ille homo sunt distincti,hic & ille equus sunt distincti,&c. ergo distinctio,vt distinctio secundum se habet proprium conceptum obiectiuum prædicabilem, tanquam aliquid commune pluribus, & consequenter distinctio secundum se non est purum nihil, sed ens; nàm esse prædicabile, & esse commune ipsum esse supponunt.

6 Respondetur,disting. antecedens, secundum modum significandi, concedo; secundum rem significatam,nego; nàm propositiones illæ, si benè considerentur, sunt identicæ,quarum

scili-

dicet prædicatum est omninò idem cum subiecto; dùm enim dicis, hic, & ille homo, & ille equus, per ly *hic & ille*, quod est subiectum, nil aliud in re dicis, nisi eandem distinctionem, quam ex parte prædicati breuiùs, & expressiùs significas; eodem igitur modo se habent, ac si diceres, homo est habens humanitatem, equus est habens equinitatem, in quibus propositionibus prædicatum, & subiectum tantùm in modo significandi differunt. Commune autem est hominibus, & equis, atque lapidibus esse inter se distinctos; non quia distinctio sit aliqua entitas ipsis communis, sed quia communis est ipsis ratio entis intra propriam rationem limitati; quæ quidem limitatio cum sit negatio vlterioris quidditatis, facit vt hic homo non sit ille, & hic lapis non sit ille, quod per distinctionem, tāquā per vocabulū commune, & positiuum breuiùs, ac clariùs explicatur,

Sed

v. g. sensibile de rationali; ergo sunt idem formaliter; non enim potest vnum de alio formaliter prædicari, nisi sit idem formaliter cum ipso; antecedens ostenditur in hoc syllogismo tertiæ figuræ in Darapti. *Omnis homo est formaliter sensibilis; sed omnis homo est formaliter rationalis; ergo aliquod rationale est formaliter sensibile*; Vbi vides, gradum superiorem, nempè sensibile, formaliter prædicari de gradu inferiori, scilicet de rationali. Ratio huius consequentiæ fundatur in illo communissimo principio, *quæ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se*; sed rationale, & sensibile sunt formaliter eadem vni tertio, nempè homini, qui est medius terminus prædicti argumenti; ergo sunt formaliter eadem inter se.

25 Verùm hoc axioma, in quo satis confidunt aduersarij, multas habet exceptiones; Et quidem excipitur 1. Quando extrema non omnimo-

put, & pedes eidem indiuisibili animę rationali vniuntur licet inter se distãtes, cuius ratio in illo cõmuni principio fundatur. *Quod per se est tale vbicunque ponitur semper est tale.*

27 Excipitur 3. Quando extrema sunt eadem vni tertio, seù veriùs in vno tertio constitutiuè, cum scilicet ex proprijs quidditatibus illud constituunt; tunc enim propriã diuersitatẽ, & distinctionem cõseruant; sic materia, & forma physica, simul acceptæ nõ distinguntur à cõposito physico, nihilominus etiã simul acceptę distinguntur inter se, quod pariter militat in casu nostro de cõposito metaphysico ex pluribus formalitatibus, seù gradibus metaphysicis, nàm de vtroque composito eadem ratio est.

28 Excipitur 4. Quando extrema non sunt eadem vni tertio identitatẽ mutua, vt accidit in casu nostro de gradu superiori respectu inferioris in syllogismo proposito; vbi sensibile

in maiori prædicatur de homine prædicatione non mutua, alioquin omne ſenſibile eſset homo ; & rationale in minori prædicatur de homine prædicatione non mutua, alioquin etiam Angelus, qui eſt rationalis, eſset homo; ex quo ſequitur, quod licet in tali ſyllogiſmo rectè inferatur, aliquod formaliter rationale eſse etiam formaliter ſenſibile, non tamen rectè infertur, quod in homine ſenſibile, & rationale ſint formaliter idem inter ſe. Ita pariter, ex eo quod homo ſit formaliter corporeus, & formaliter ſpiritualis, non valet inferre corporeum, & ſpirituale, quæ ſunt in homine, imò idem cum homine eſſe formaliter, vel realiter idem inter ſe; cuius ratio eſt, quia nec corporeum, nec ſpirituale de homine ad conuertentiam prædicatur. Atque hæc pro diſtinctione formali ex natura rei ad quaſcunq; diſtinctiones rationis obiectiuas, tanquam irritas excludendas;

imò

imò circa vniuerſum tractatum ad entia omnia rationis obiectiua, tanquam impoſſibilia vbique eliminanda, ad maiorem Dei gloriam, Deiparæque Virginis, Sanctorumque PP. NN. Petri Cęleſtini, & Benedicti, atque in obſequium S. Romanę Eccleſiæ, cuius correptioni meipſum, meaque ſcripta ex corde humiliter, ac libentiſſimè ſubmitto, dixiſſe ſufficiat.




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

INDEX

Licet habuerit quēdam modum creationis, 2. p. art. 5. nu. 27. Tam in creatione, quam in generatione producitur aliquid ex nihilo simpliciter, licet inter se valde differant, p. p. ar. 4. à nu. 2. & seq. Non repugnat creaturæ vis creatiua tāquam causæ principali, 2. p. ar. 5. nu. 28.

Denominatio

NVlla Denominatio extrinseca quantumuis formaliter accipiatur est ens rationis, 2. p. ar. 2. per totum. Non omnis denominatio formalis est à forma, 2. p. ar. 5. nu. 23.

Deus

Deus est ens omnino primum, p. p. ar. 2. nu. 3. Non constat ex genere, & differentia, ibid. nu. 7. Est prima causa immediata omnium, ibid. ar. 4. nu. 1. Causas secundas præmouet, ibid. nu. 5. Non potest esse causa entis rationis, p. p. ar. 4. nu. 6. Est formaliter creator secundum se, non per relationem rationis, p. p. art. 6. à n. 5. & 2. p.

& 2. p. art. 4. Dei prædicatum constitutiuum differentiale in esse Deitatis est illimitatio in ratione entis, 2. p. art. vlt. nu. 8. Dei existentia efficaciter probatur ex ipso conceptu Deitatis, p. p. ar. 7. nu. 6. Deum non esse, nec mente concipi potest, ibidem. Deus est liber libertate à coactione, & indifferentiæ, 2. p. ar. 3. nu. 1. vide libertas. Dei volitio est virtualiter contingens, & quomodo, ibid. num. Dei existentia, & intellectio, nec quidem virtualiter, est contingens, 2. p. ar. 3. nu. 22. & 23. Deus est immutabilis, & quare, ibid. nu. 27. Dei actio ad extra probabiliter ipsi Deo identificatur, 2. p. ar. 3. nu. 27. Dei fecunditas ad intra efficaci congruentia probatur, ibid. ar. 4. nu. 4.

Distinctio

Nulla distinctio est ens rationis, 2. p. art. vlt. nu. 2. & 5. Imò nulla distinctio vt distinctio est ens, ibid. num. 2. Datur in creatis distinctio formalis scotistica, 2. p. ar. vlt. nu. 11. Explicatur

catur quid sit distinctio formalis, & in quo à distinctione reali differat, ibid. nu. 12. Non habet locum in diuinis distinctio formalis scotistica, 2. p. art. vlt. nu. 25. Datur in diuinis distinctio virtualis, quæ est virtus æquiualendi distinctis realiter, 2. p. ar. 3. nu. 17. & art. vltim. nu. 8.

Ens Rationis

OStenditur ens rationis implicare ex vniuersalissimo conceptu entis, p. p. ar. 2. per totum. Idem ostenditur ex ipsa entis rationis quidditate communiter explicata, p. p. art. 3. per totum. Idem ostenditur ex defectu causæ, p. p. ar. 4. per totũ. Idem ostenditur ex ipsius entis rationis, & cuiuscunque rei impossibilis incognoscibilitate, p. p. ar. 5. per totum. Idem ostenditur ex defectu existentiæ, p. p. art. 6. per totum. Ens rationis diminutum Scotistarum improbatur, 2. p. ar. 1. per totum.

Ens

Ens vt sic vniuersalissimè sumptum non præscindit ab ente reali, & rationis, nec à vero, & falso, sed in quauis generalitate sumatur semper est reale, & verum, p. p. ar. 2. per totum. Ens reale est omninò primum, & implicat ens, quod sit ente reali aliquo modo prius, p. p. art. 2. num. 3. & 4. Ens reale non consistit in eo quod nõ dicat duo prædicata contradictoria, ibid. nu. 6. Nec consistit in eo quod includat duo prædicata non contradictoria, ibid. nu. 7. Neque ens reale est illud cuius prædicatum non repugnat subiecto, seù quod est, vel esse potest independenter ab intellectu, tanquam à sola causa obiectiua, p. p. ar. 2. nu. 9. Ens reale est id quod est, seù quod simpliciter est, ibid. nu. 10. Nequit dari aliquid ad modum entis realis, ibid. nu. 11. Ens reale nequit esse fundamentum entis rationis, nec ipsum virtualiter continere, p. p. ar. 6. à nũ. 5.

Nulla essentia creata est suum esse, siuè existere, ideoque omnis creata essentia existit per accidens, seù contingenter, p. p. art. 1. nu. 6. Quomodo creaturarum essentiæ sint ab æterno, 2. p. art. 6. nu. 23. Essentiæ rerum creabilium nec sunt à se, neque ab alio, sed sunt per se tales, ibid. n. 27.

Eucharistia

In Sacramento Eucharistię non datur quantitas panis, aut vini, neque impenetrabilitas, sed actualis impenetratio, 2. p. ar. 5. nu. 19.

Existentia

Existentia non est quid superadditum essentiæ, p. p. ar. 6. nu. 20. 21. Nulla creatura est suum esse siuè existere, sed omnis creatura existit per accidens, & quomodo hoc est intelligendum, ibid. Existentia entis rationis est inexplicabilis, p. p. ar. 6. per totũ.

Generatio

IN quo consistit Generatio, & in quo à creatione differat, p. p. ar. 4. nu. 4.

nu. 4. Prima formarum materialium productio non fuit rigorosa Generatio, ibid. Sed fuit Generatio habens aliquem modum creationis, 2. p. ar. 5. num. 27. In Generatione producitur aliquid ex nihilo simpliciter, licet producatur ex alio, p. p. ar. 4. à nu. 2. & seq. Inter Generationis principia non est connumeranda Priuatio, 2. p. ar. 5. nu. 27.

Imaginatio

AN, & quomodo imaginatio aliquid ad extra causare possit, 2. p. ar. 2. nu. 10. Imaginari non potest quod reale non est, p. p. ar. 5. per totum præcipuè nu. 9.

Impossibile

Quod est impossibile à parte rei, est etiam impossibile per intellectum, p. p. ar. 3. nu. 1. Impossibile non est cognoscibile, p. p. ar. 5. per totum. Quod ostenditur etiam ex sacris litteris, ibid. num. 8.

Infinitum

Infinitum cathegorematicum creatũ

in

minationem dictam in recto ad obiecta extrinseca, ibid. nu. 11. In Deo non datur libertas ad hunc, vel illum actum, sed ad hoc vel illud obiectum, ibid. nu. 12. Diuinum velle est virtualiter contingens, & quomodo ab authore hoc intelligatur.

Diuinum velle potuit nõ esse in Deo secundum quid, non absolutè, & simpliciter, ibid. nu. 19.

Negatio

Negationes (idem dic de Priuationibus) non sunt entia rationis, 2. p. ar. 5. per totum. Neque sunt entia realia, p. p. ar. 8. nu. 11. & 2. p. ar. 5. per totum. Sed sunt ipsũ ens positiuum quatenus non datur, 2. p. ar. 5. à nu. 2. Non dantur negationes, & priuationes rationis, ibid. à nu. 21.

Numerus

Numerus vt numerus non est aliquid distinctum à rebus numeratis, 2. p. ar. 3. nu. 71.

Quid Relatio prædicamentalis, & quid transcendentalis. Quid Relatio secundum esse, & quid secundum dici, ibid. nu. 2. & 3. Diuinæ Relationes efficaci congruentia naturali lumine suadentur, ibid. nu. 4. Dantur in creatis Relationes reales prædicamentales, 2. p. art. 4. à num. 5. Nulla Relatio est accidens à rebus, quæ referuntur distinctum, ibid.nu.8. Vna Relatio fundaret aliam in infinitum, si esset forma distincta, ibi. n.12. Imò darentur formæ relatiuæ actù infinitæ, ibid. nu. 17.

Species impressa

SPecies impressa quomodolibet explicata necessaria est ad omnẽ cognitionem, p. p. art. 1. nu. 8. Non est possibilis species representans ens rationis, p. p. ar. 5. nu. 4. & seq.

Trinitas Sanctissima

SAnctissimæ Trinitatis Mysterium naturali congruentia efficaciter

Ver-



PRVDENS LECTOR.

IMpressoris, ac transcribentis incuria, innumera, licet in exiguo volumine, irrepserunt errata, quorum plurima, quæ adhuc incorrecta reperies, humanitati tuæ benignè corrigenda submittit Auctor ipse, qui, grauissimis proprij muneris solicitudinibus agitatus exactam tot errorum emendationem præstare non valuit.

Errata		*Corrige*
Pag.9.verſ.23.	*nimirum*	*mirum*
Pag.14.verſ.13.	*modo*	*modum*
Pap.15.verſ.10.	*modo*	*modum*
P.19.v.12.	*constitutum*	*constitutiuum*
P.19.v.14.	*constitutum*	*constitutiuum*
P. 23. verſ. 3.	*reatibus*	*realibus*
P. 39. verſ. 15.	*inueniens*	*inuenies*
Pap. 46. verſ. 17.	*onmi*	*omni*
P. 17. v. 17.	*rationibus*	*rationis*
P. 51. v. 12.	*destituitur*	*destruitur*
P. 53. v. 9.	*concurrente*	*concurrentem*

P. 55.

P. 55. *verſ.* 18. *requiret* *requireret*

Pag. 56. *verſ.* 18. *coeret* *cohæret*

Pag. 57. *verſ.* 1. *proceſit* *proceſſit*

P. ead. v. 12. *non poſſunt* *non poteſt*

P. 64. *v.* 12. *intollerabile* *intolerabile*

Pag. 67. *ver.* 17. *actenus* *hactenus*

Pag. 68. *verſ.* 16. *aſſioma* *axioma*

Pag. 70. *verſ.* 10. *ens* *eſt*

P. 74. *v.* 10. *ineſpicabile* *inexplicabile*

Pag. 79. *verſ.* 21. *ſpecies* *ſpeciem*

P. 80. *v. vlt. exprimuntur* *exprimitur*

P. ead. v. eod. repreſentãtur *repreſentatur*

P. 94. *v.* 20. *ineſplicabilis* *inexplicabilis*

P. 106. *verſ.* 3. *Diſtincta* *Diſtingui*

Pag. 108. *verſ.* 20 *vt quo* *vt quod*

Pag. 122. *ver.* 5. *brobatio* *probatio*

Pag. 135. *verſ.* 1. *obieue* *obiectiuè*

Pag. 153. *ver.* 6. *cognititio* *cognitio*

P. 188. *ver.* 18. *variegatas* *variegatos*

Pag. 196. *ver.* 17. *habeſt* *abeſt*

P. 200. *v.* 3. *determinata* *determinatam*

Pag. 204. *verſ.* 15. *Colleggio* *Collegio*

Pag. 219. *verſ.* 14. *iſtabis* *inſtabis*

P. 241. *v.* 10. *quatumũis* *quamtumuis*

P. 244. *v.* 10. *diſſilitudo* *diſſimilitudo*

Pag.

P. 252. v. 9. distruatur destruatur
P. 252. v. 18. extinsecum extrinsecum
P. 256. v. 7. dextruitur destruitur
P. ead. ver. 9. dextruetur destruitur
Pag. 264. vers. 19. albus album
Pag. 264. vers. vlt. reali realis
Pag. 306. vers. 19. axtra extra
P. 307. ve. vlt. indiuinis indiuiduis
P. 313. v. penult. indiuidus indiuiduis
Pa. 323. ver. vlt. essentia essent entia
Pag. 335. vers. 2. lice licet



FINE